DE

CARDITIDE.

COMMENTARIUS

SISTENS

DISSERTATIONIS INAUGURALIS MEDICAE

DE CARDITIDE

PARTEM SECUNDAM,

AUCTORE

GUST. LUDOV. HERTZBERG,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORE.

HALAE SAX.

TYPIS GRUNERTI PATRIS FILIIQUE.

§. 1.

In priore libelli parte, quae mihi innotuerant ſcriptorum obſervationes de cordis inflammatione paucis ennarrare auſus, nunc iam accingor ad enucleandam carditidis pathologiam atque therapiam, dubius fere annon impedimenta in opere ſuscepto, graviora futura ſint obvia, quam quae humeri ſustinere valeant.

Carditidem — licet morbos inter rariores enumeranda ſit — longe ſaepius tamen occurrere quam plurimi crediderunt, praemiſſus forſan disſertationis faſciculus probaverit. Dari interdum epidemicas cordis inflammationes, vel potius febres epidemicas cum cordis inflammatione coniunctas, in priore libelli parte [1]) expoſitum leges. — Venit mihi in mentem, *Praenobiliſſimum* *Kreysig*, quum menſe Septembri

1) Disſ. pars I. pag. 25 — 29.

MDCCCXVII, Dresdae venerabundus eum adirem, fermone ad cordis morbos converfo, confirmaffe fuspicionem meam de frequenti carditidis complicatione cum typho petechiali annis 1813 — 1814. Germaniam populante, quippe qui narraret, ipfum in hominibus tunc temporis mortem elapfis chronicos cordis morbos exinde obfervaffe et hodierno die obfervare. Viri illuftriffimi auctoritas ea de re plane mihi perfuafit.

§. 2.

Quis eft qui neget, noftri temporis fcriptores multum promeruiffe de exploranda morborum cordis cognitione! Germani profecto primi effe potuiffent in explananda morborum cordis doctrina, nifi praeftantiffimas *Meckelii fui* obfervationes miro modo proh dolor! plane neglexiffent. Aft, exteri licet medici hac in re iuris natalis palmam Germanis praeripuerint, ipfi tamen vehementer gaudere debent, quod unus e fuis, *Cl. Kreysig*, de cordis morbis concinnaverit librum aliorum omnes longe antecellentem. Qui fedulo perlegantur, hosce commendaverim libros:

1) J. Pt. v. Senac, Prakt. Abhandl. von den Krankheit. des Herzens; a. d. Franz. überf. Lpzg. 1781.
2) J. F. Meckel, des maladies du coeur. Vide: Hist. de l'Acad. Royale des Sciences et Belles Lettres. Année MDCCLV. Tome XI. p. 56 — 85. et Année MDCCLVI. Tome XII. p. 31 — 65.

3) Von einigen der häufigſten und wichtigſten Herzkrankh. u. s. w., v. Allan Burns. Aus dem Engl. v. Dr. Naſſe. Lemgo 1813.

4) Verſuch über die Krankheiten und organiſchen Verletzungen des Herzens und der groſsen Gefäſse, von J. N. Corvisart. Aus dem Franz. von L. Rintel. Berlin 1814.

5) An Inquiry into the Symptoms and Treatment of Carditis; by John Ford Davis M., D., 12. Bath. 1808. — Lingua vernacula reddidit Choulant: John Ford Davis Unterſuchung über die Symptome und Behandlung der Herzentzündung u. ſ. w. Nebst Dr. Wilh. Carl Wells Bemerkungen und Fällen über Rheumatismus des Herzens. A. d. Engl. v. J. L. Choulant, mit einer Vorrede und Bemerkungen von Dr. F. L. Kreysig. Halle 1816.

6) Ant. Joſ. Testa, über die Krankheiten des Herzens. Ein Auszug aus dem Ital., mit Anmerkungen von Kurt Sprengel. Erſter Theil. Halle 1813.

7) Prae aliis omnibus: Die Krankheiten des Herzens, ſyſtem. bearb. und durch eigene Beobachtungen erläutert von Dr. F. L. Kreysig etc. 3 Bände. Berlin 1814 — 1817.

§. 3.

Cordis inflammatio audit et Carditis, Phlegmaſia cordis; apud Gallos Inflammation du coeur, Phlegmaſie du coeur, apud Anglos Carditis, Inflammation of the heart; variis praeterea apud varios populos inſignitur nominibus.

Pericardii inflammatio a nonnullis ineptius pleuritis pericardii denominatur. —

In morbo cardiaco *Coeli Aureliani* latet cordis inflammatio. [2])

§. 4.

Medici celeberrimi consentiunt, deesse signa tuta, ad dignoscendam inflammationem substantiae cordis ab ea membranarum plus minusve arcte cor ambientium. Hanc ob rem et quod omnes partes eandem plerumque patiantur calamitatem, suumque quaevis faciat ad constituendum organum illud, earum omnium inflammationem, maxima qua potero diligentia delineabo.

Siqua prodromos agnoscat carditis, simplex, idiopathica, erunt signa febribus communia, una cum sensubus molestis et calore aucto circa cor. — Quum vero cordis inflammatio infaustam infligat calamitatem parti nobilissimae, circulationi sanguinis prae aliis praepositae, mirum esse non potest, primo inde exoriri vehementes circulationis perturbationes sub forma febris medico conspicuas. Primum symptoma febris, quae inopinanter irruere solet, est horror plerumque vehemens, per horae dimidium vel horam vexans cum calore pedisequo, interdum levior cum calore alternans. Dolores

2) Diss. pars I. pag. 8 — 12.

acuti, atroces, inprimis pungentes in regione cordis rarius percipiuntur, licet nonnulli doloribus cordis pungentibus acutiſſimis excrucientur. Sed potius ſenſus quidam moleſtus in ſiniſtra praeſertim thoracis parte, quae obtuſe dolet. Urgent autem dolores alacres aliis in partibus, in regione ventriculi, hepatis, in acromio artubusque praeſertim ſiniſtris, inter ſcapulas, in renibus, veſica, utero, qui rheumatismum aliosque morbos facile mentiuntur. Reſpiratio ab initio accelerata, brevis, fere anhela, ſaepius gemitum provocat aegrotis iucundum; deinde anxia fit magna cum inquietudine et iactitationibus perpetuis ſenſuque ſuffocationis. Inſpiratio profunda initio morbi nec tuſſim, nec dolores excitat. Tuſſis, initio morbi aegrotis multis plane parcens, aut rarius ſaltem illos vexans, et ſicca, poſt aliquantum temporis aut prorumpens aut crebrior et moleſtior facta, ſputa ſeroſo-ſanguinolenta, purulenta, filamenta conglomerata interiectis flocculis glutinoſis referentia eliminat. Interdum nulla prorſus obſervabatur tuſſis.

Angor quidam ſubito evaneſcens iterumque revertens, aegroto ipſi obſcurus, incipientem morbum comitari ſolet. Inquietudines et anxietates, pathognomonicis morbi ſignis prae aliis adnumerandae, augeſcunt ad funeſtum denique gradum; cum frequentioribus gravioribusque acceſſibus ſuffocationis foedus ineuntes, pronum ſedere cogunt aegrotum, ut mortem effugiat,

quovis temporis momento minitantem. Ictus cordis, primo vehementes quidem et celeres, attamen plerumque regulares, rarius intermittentes, poſt aliquot dies debiliores, tremuli tanguntur. Paulo poſt periodica vexat palpitatio cordis cum motu cordis anomalo, obſcuro, tremulo alternans. Syncopae, praeſertim incompletae, omni corporis contentione et motu provocantur. Summa adeſt virium deiectio. Percipitur pulſatio quaedam epigaſtrica infra ſternum. Pulſus ab initio magis accelerati, quam quod ex praeſenti caloris gradu colligeretur, rarius intermittentes, non tam duri, ſaepius fere magni, pleni, fortes, interdum contracti, plerumque regulares, deinde celerrimi interceptis ictibus nonnullis, denique perpetuo irregulares, parvi, debiles, miuri. Aeſtus adeſt circa cor ardens, oppreſſio pectoris, cephalaea ſaepius atrox, ſitis urens, deglutitio ſaepe impedita, potus horror, ita ut hydrophobia [3]) interdum adeſſe videretur, lingua rubra, aut humida, aut arida, calor cutis parum auctus, ciborum appetitus nullus, nauſea, interdum vomitus, facies deformis, aut rubra, aut pallida, flaveſcens, livida, tumida; oculi nitidi, ſaepius humecti, ab aegrotis lubenter clauſi. Apparet oedema tum in facie tum circa malleolos praeſertim ſiniſtrum. Morbus initio continuus, poſt

---

3) Diſſ. pars I. pag. 50. — Testa l. c. pag. 131.

aliquod tempus femel aut bis eadem die per horas quasdam exafperatur cum anxietate et inquietudine adauctis, iactitationibus continuis, deliriis. Urina parca, flammea, poftea iumentofa; alvus plerumque pertinaciter claufa. Interdum fallax quaedam falutis fpes colligitur e maiore aegroti quiete, pulfibusque minus acceleratis; improvifo vero omnia in peius vertuntur. — Frigefcunt tandem artus, et madent fudoribus. Qui antea erecti femper fedebant aegroti, vitae finem verfus horizontalem amant fitum, fuffocationis metu, horrenda anxietate cruciati, viribus prorfus deletis moriuntur aut fubito et inopinanter aut lenta fuffocatione cordisque paralyfi.

Ex fymptomatibus illis permultis pauca tantummodo quovis in aegroto obfervantur. Talia funt: *anxietas illa peculiaris*, et *oppreffio pectoris*, *refpiratio difficilis fere anhela licet fpiritus profundus duci poffit*, et *fyncopae incompletae* (ein Ohnmächtigwerden). Ad figna ifta prae aliis *certa* et *pathognomonica* propius accedunt: *pulfus cordis et arteriarum valde accelerati*, *ardor circa cor*, *palpitatio*, *cordis faciei deformitas*.

§. 5.

De differentiis carditidis.

I. Quoad locum et extenſionem inflammationis.

1) Si *cor totum* inflammatur, tunc ſymptomata modo enarrata in conſpectum venire ſolent, quae quin maxima afferant pericula, facilemque aegroto contrahant perniciem, dubium eſſe nequit. — (Vid. Diſſ. p. I. pag. 54.)

2) *Inflammatio tunicarum cor ambientium.*

Quum inter omnes conſtet, telam celluloſam aequove more membranas, ad illius naturam propius accedentes, prae aliis corporis humani partibus inflammationi eſſe obnoxias, non eſt quod miremur velamenta cordis membranacea eandem ducere ſortem.

a) *Pericardii inflammatio. — Pericarditis.*

Plerumque totum inflammatur pericardium, i. e. et pars illius libera, externa, fibroſo-ſeroſa, et pars reflexa, cordis ſuperficiem externam inveſtiens, ſeroſa, cui tamen interdum inflammatio parcere videtur.

Quanquam inficias ire nequeo, dari discretas pericardii inflammationes, quum permultae cadaverum diſſectiones eas oſtenderint ſine ulla cordis ipſius affectione, [4]) memor tamen ſis ve-

4) Corviſart l. c. pag. 38 — 51. obſ. I — IV. Teſta l. c. pag. 235 u. 236.

lim, certa deesse signa ad eruendam diagnosin haud dubiam, plurimisque in casibus vicinarum quoque partium, mediastini, pleurae, pulmonum phlogosin cum pericardii inflammatione esse complicatas,[5]) quum adiacentium membranarum affinitas eiusmodi inflammationis extensioni non parum profecto faveat. Has ob causas tussis forsan pertinacior, syncopae rariores, auxietates non tam horrenda, pulsus rarius intermittentes, dolores acuti punctorii pericarditidem prodere poterunt.

b) *Inflammatio tunicae cordis intimae et valvularum.*

Quanquam *Senacus* [6]) iam monuerit, internam cordis faciem prae aliis frequenter inflammari, tamen *Clarissimum Kreysig* mansit accuratior illius rei indagatio, quae apud eum legi potest. [7]) Membrana illa luculenta inflammationis vestigia ostendit in cadaveribus hominum, morbo inflammatorio enecatorum. [8])

Tunica illa, tumida, incrassata, exulcerata, fere prorsus deleta uti frequenter occurrit, profecto inflammationem perpessa erat. — Exsudationes lymphaticae in illa saepius conspicuae, praegressae inflammationi profecto debent ori-

5) Corvisart l. c. pag. 37 u. 38. Kreysig, Tom. II. p. 120.

6) l. c. pag. 141.

7) l. c. pag. 86 — 114.

8) Portal, Anat. med. pag. 77 u. 127.

ginem; ita ut *Cl. Kreysig* ſuo ſane iure exinde polyporum geneſin erueret, faciendo mentionem carditidis polypoſae. [9])

Valvulam venoſam inflammatam et lympha plaſtica obductam vidit *Baillie.* [10]) Non eſt quod de frequenti valvularum inflammatione in ambiguo haereamus, quum varia earum vitia, oſſificationes, degenerationes in maſſam fungoſam, cartilaginoſam praegreſſam phlogoſin procul dubio indicent.

Ill. Kreysig [11]) vidit inflammationem talem membranae cordis intimae, quae anxietate et oppreſſione horrenda noctu ſubito obortis, aegrotum anhelum fugere lectum, et ſedili erecta cervice inſidere coëgit.

Aliis in caſibus tardo pede morbus inceſſit.

3) *Sola cordis vaſa*, praeſertim arterias inflammari poſſe, colligere forſan licitum erit ob oſſificationes aliasque earum degenerationes poſt mortem repertas in cordibus alias ſanis. [12]) Signa diagnoſtica ad cognoſcendam partialem eiusmodi affectionem non ſunt in promtu.

---

9) l. c. pag. 107. — obſerv. l. c. pag. 230 — 260.

10) Vom krankhaften Bau etc. pag. 25.

11) l. c. pag. 123.

12) Parry de angina pectoris. — Baillie l. c. — Voigtel, Pathol. Anat.

4) *Phlegmone ſubſtantiae cordis.*

Solius ſubſtantiae cordis inflammatio rarior profecto occurrit. Placet praeterea, eam in tela mucoſa, faſciculis muſcularibus interiecta incipere et tunc demum ad ipſas fibras muſculares propagari, ita ut oborta exinde pyoſis, ulcera, abſceſſus, adeo gangraena funeſtos morbi exitus adducant. Languor ſummus, ſyncopae crebrae, pulſus cordis obſcuri, intermittentes, dolores profundi preſſorii, vultus torvus, anxietas horrenda, ardor cor urens comitantur hanc morbi ſpeciem prae aliis malignam.

II. *Pro varia morbi intentione.*

Carditis aut *vehemens* eſt, aut *mitiorem* aſſumit indolem. Aſt bene notandum eſt, carditidem ſaepius mentiri tantummodo lenitatem, dum re vera malignas ſtruit inſidias; caveat igitur medicus, ne fallax eiusmodi morbus ipſum inducat, ut leni qui videtur morbo, levem opponat medendi methodum, usquedum amiſſo tempore ad ſanandum idoneo, funeſtus morbi exitus errorem revelet.

III. *Quoad morbi tempus Carditis* modo *acuta*, modo *chronica* nominanda eſt.

Inflammatio cordis acuta, vehemens, brevi plerumque tempore, ſaepius iam die tertio, vel quinto ad ſeptimum usque vitae aut mortis ſortem ducere ſolet; interdum ad diem decimum quintum iudicium procraſtinatur. Morbi ſecun-

darii carditidem fecuti poft tres quatuorve feptimanas et quod excurrit, morte plerumque terminantur. *Inflammatio cordis chronica, lenta,* ex acuta faepius refidua, tardo quidem pede incedit at deludens pertinaciter quodvis medici auxilium aut intra hebdomades quasdam aegrotum e medio tollit, aut organicorum cordis vitiorum origini favens, feriorem licet, ineluctabilem tamen fere femper contrahit perniciem. Non poffum non monere carditidis chronicae diagnofin maximis premi difficultatibus; illius enim fymptomata interdum fere prorfus evanefcunt, ex inopinato vero atrociora revertuntur. Hac de re in fequentibus pluribus differere in animo eft.

IV. *Carditis*, ratione *typi*, ad febres *continuas remittentes*, adpropinquat.

Semel vel bis eodem die morbus per horas quasdam exafperatur, augefcentibus inquietudine, anxietate, iactitationibus (deliriis). Quae exacerbationes praecipue noctem verfus apparent.

V. Variat carditis pro varia *caufarum remotarum* indole.

Cordis inflammatio aut *idiopathica* aut *fympathica*, plerumque obfervatur *fporadica.*

De carditide alicubi *endemica*, nulla memoriam ferit obfervatio, nifi fortaffe fufpicari liceat, in regionibus, ubera fegete malorum ar-

thriticorum et rheumaticorum ſtipatis — quippe quae tam arctum cum carditide habent commercium — frequentius eam occurrere quam in aliis.

Dari interdum *carditidem epidemicam*, in priore libelli parte annotatum leges, ubi Trecourtii, Huxhami, Dickſonii obſervationes de iſta morbi ſpecie referuntur. [13]) —

VI. *De complicationibus morbi.*

1) *Carditis mere ſimplex*, ob cauſas antea allatas — §. 4. — nunquam occurrere poteſt; ſed cum febre ſaltem ſemper coniuncta eſſe debet. Praeterea autem vario modo complicatur cum inflammationibus partium plus minusve ipſi affinium, earum praeſertim quae cavum thoracis incolunt, *pulmonum*, *pleurae*, *mediaſtini*, *diaphragmatis*, *deinde hepatis quoque et lienis*. Quo plura eodem tempore affliguntur viſcera, eo difficilius morbum luculenter perſpicere atque debellare valet medicus, et felices ſane habendi ſunt aegroti, quod medicorum in diagnoſi errores proh dolor! facillimi, ad falſam medendi methodum compellere nequeant, quum inflammationes omnes eadem nec ſingulae alia ſibi poſcant remedia, medelae licet audacia ad vincendam carditidem ſummopere neceſſaria, paululum infringatur.

---

13) Diſſ. P. I. pag. 25 ſeq. pag. 44 ſeq. pag. 90 ſeq.

Cordis inflammationes facillime connubium inire cum illis partium membranacearum in thorace, pleurae et mediaſtini, non eſt quod miremur; iſtae enim aeque ac ipſius cordis tunicae eadem gaudent ſtructura et natura, nec interruptum efficiunt continuum, hic allic reflexum ad configurandos aut ſaccos aut campos ſeroſos. Quâ de re inflammationes ab illis invicem facile communicantur, aequove more ſymptomata utrique morbo peculiaria, coëunt, ita ut uberrima ſaepius eorum farrago in conſpectum medici veniat.

2) Cordis inflammatio, cum pleuritide complicata praeter communia carditidis ſymptomata dolores pleuriticos ſecum habet acutos latius extenſos, reſpirationem interceptam (ob impeditam coſtarum adlevationem), tuſſim ab initio alacrem, vehementem, ſiccam.

3) Inflammatis una *corde et mediaſtino*, pectoris oppreſſio et coarctatio valde augetur cum ardore urente, reſpiratione difficili, facie valde deformi. *Cl. Kreysig* tali in caſu pulſus tetigit minimos, tardos [14])

4) *Pneumoniam* frequenter cum *carditide* complicari debere, facile liquet, quippe quod cor et pulmones arctiſſimum intercedit commercium ad promovendam ſanguinis circulatio-

---

14) l. c. pag. 123.

nem. [15]) Utriusque morbi ſigna coniuncta apparent. Caſum talem ad finem libelli enarrabo.

5) *Inflammatio diaphragmatis*, rarior quidem morbus, interdum tamen una cum carditide occurrit.

6) *Hepar*, in quo maxima pars ſanguinis ſurſum adſcendentis verſatur antequam cor intrat, facile cordis calamitatum fit particeps, ſiquidem oborta iſtius inflammatio liberum ſanguinis circuitum perturbat. *Chronici* praecipue cordis morbi, libenter cum affectione iecinoris complicantur.

Praeterea non eſt omittendum, animi perturbationes, praeſertim deprimentes uti vocant — ad excitandam *carditidem* promtiſſimas, plurimum poſſe ad provocandam hepatitidem. Ad ſymptomata carditidi propria accedunt illa quae hepatis inflammationem indicare ſolent inprimis gaſtrica quae vocantur et icterica.

7) Eadem fere de complicatione *ſplenitidis* cum *carditide*, profiteri licitum erit. Si qua fauſta evadat morbi ſolutio, criſes per ſudores et urinas ſolemnes coniungi ſolent cum critico alvi fluxu. — Praeterea facile elucet tot viſcerum nobiliſſimorum labem coniunctam nonniſi triſtiſſimam permittere prognoſin, quum iam unius ex illis inflammatio ſat magna eaque in-

15) Burſerius Inſtitut. Vol. IV. p. 105. Taylor tentamen medicum de pneumonia. Edinb. 1793. p. 13.

fausta gaudeat potentia ad contrahendam aegrotis perniciem.

VII. *Pro maiore minoreve diagnoseos facilitate.*

Carditis aut *manifesta* est, aut *occulta*. Manifesta illa dici potest cordis inflammatio quae maiore minoreve numero symptomatum carditidi propriorum (vid. §. 4.) stipata, suimetipsius naturam luculenter declarat, nec mentitur morbos plane diversos: Carditis acuta plerumque quidem eiusmodi ingenuitate medicum adiuvat in eruenda diagnosi, interdum tamen, mendacem assumens indolem, maximam prae se fert malignitatem. Prae aliis autem carditis subacuta et chronica, occultae nomen suo quidem iure saepe sibi vindicant. Quamvis sat notum est, carditidem saepius comitem habere affectionem quandam faucium, ita ut ardor et dolores in illis percipiantur, non possum tamen non enarrare observationes quasdam *Cl. Testae* 16) de inflammationibus cordis, quae quum signis omnibus, carditidi peculiaribus essent destitutae, veram mentiebantur anginam. — „*Agricola sexagenarius* ex inopinato febre acuta correptus, summa cum difficultate deglutiebat. Qua de re faucium conditio examinari non potuit. Adhibitis et larga sanguinis missione et fomentationibus, per dies proximos febris vehementer excessit cum doloribus

16) l. c. pag. 237 — 248.

bus in collo atrocissimis atque respiratione molesta. Die 6to et 7mo, praesertim vero 8vo pulsuum frequentia minuebatur; ad anginam superstitem accessit tumor parotidis dextrae, eodem die evanescens. Decimo aegrotus diem obiit supremum. Cadaveris dissectio ne minimum quidem inflammationis vestigium in faucibus ostendit; trachea seri aliquantulum cum materie fere purulenta fundebat; pleura costalis aeque ac pulmonum superficies leviter inflammata; mediastinum, diaphragma, portio stomachi superior, et facies iecinoris convexa, graviori inflammatione correpta. Pericardium incrassatum, induratum sanie foetida turgidum; cor ipsum ulceribus tantopere corrosum ut plane deletum videretur; facies interna amborum ventriculorum cordis ostendebat escharam, quae continebat materiam bombycinam, in vasorum magnorum inflammatorum truncis aequo more conspicuam." —

Maria Maccaferri, sexaginta tres annos nata, bona plerumque valetudine gavisa, ante viginti annos anginam vehementem feliciter perpessa erat. Novem annis post, per menses quosdam febre intermittente vexata, artuum inferiorum tremorem retinuit, qui nomine convulsionum ab ipsa salutatus, ante hunc mensem quo ad nosocomium allata est, tanta atrocitate revertebatur, ut mentis non compos corrueret.

Paulo post horrore corripiebatur, quem sequebatur calor ardens, dolores faucium atro-

ces, deglutitio difficilior. Quarto ad nos delata, mentis quidem compos, attamen fomnolenta, dolorem in capite prefforium inprimis fub vertice accufabat. Facies purpurea, dolores faucium acuti, parotidum tumor, tonfillarum uvulaeque rubedo, refpirationis difficultas, vocis languor, faucium inflammationum indicare videbantur. Tuffis nulla; pulfus minime febriles, horripilationes frequentes; calor cutis prorfus naturalis. Quinto, dolores dorfi vehementes, virium deiectio; fexto fopor, ex quo revocata aegrota ineptiebat; alvus et urina involuntaria; pulfus vacillantes; artus rigentes; ante diem feptimum mifera mortua eft.

Cadaveris disquifitio oftendit pericardium incraffatum, in facie interna ulcerofum, papillis carnofis obfeffum, latice albido, purulento repletum; cor albefcens carni elotae fimilius; faciem externam flaccidam, papillis obductam; textum ipfum firmiorem; fubftantiam mufcularem degeneratam in maffam quandam albugineam; quam degenerationem et *Corvifart* accuratius defcripfit. „Ventriculus cordis finifter, naturali fere textura carnisque colore gaudebat; fcatebant ventriculi fanguine coagulato; auriculae et trunci venarum parum mutati; oftium aortae cartilagineum; eiusdem parietes denfae ftriis rubris totum per arcum notatae. Hepar furfum allatum, pallidum, induratum; veficula fellea bili flava fcatens, cum annexa hydatide

ampla; inteſtina, aëre tumida; viſcera alias ſana." —

Alio in caſu ſemetipſum plane deceptum confitetur *Cl. Teſta:*

„*Eduardus Cocchi*, Bononienſis, triginta et ſex annos natus, operarius (ſpirituoſi generis potulentis nimium inhians), inflammationibus pectoris ſaepius afflictus, tempore vernali anni 1806 noctu e ſomno excitus, ſentiebat horrorem et totius corporis tremorem, quem ſequebantur calor urens, dolor profundus ſub proceſſu xiphoideo, in latere dextro inprimis quartam inter et ſextam coſtam veram, vomitus frequens, tuſſis continua, inquietudo magna, deliria. Ardorem percipiebat candentem in oeſophago, ita ut ne ſingulam quidem aquae guttam deglutire poſſet, quin ſenſus ille et dolor in trachea acutiſſimus exardeſceret. Externe aeque ac in faucibus nihil apparuit. Poſt largam venaeſectionem et oleum porrectum, vomitus evanuit, increverunt autem febris, tuſſis, moleſtiae reſpirationis et deglutitionis, cephalaea, deliria, aeſtus intolerabilis ſub ſterno; accedebant virium deiectio, faciei pallor, oculi lacrymoſi, turbidi, iactitationes continuae, vox rauca et intercepta, deglutitio difficilior. Aegrotus pectus amabat nudum, reſpuens leviſſimos adeo pannos thoraci impoſitos. Sitis vehemens erat; tuſſis eliminabat ſputa parca, flavo-rubra; lingua humecta, albida, calor cutis naturalis,

pulſus parvi, celeres interdum intermittentes, noctu phantasmata vexabant aegrum. Adauctis ita per triginta horas inquietudine, reſpirationis et deglutitionis difficultate: facies deformis, ſudore frigido madida, mortem mox irruentem indicavit. Magnam pulmonum deſtructionem ſuspicabar; aſt licet eos multis in locis cum pleura concretos, faciem poſticam membrana ſpuria obductam, paſſim ſuppurationis ſpeciem reperirem, ipſi tamen pulmones neque colore naturali deſtituti, nec indurati, ſed molles potius et turgidi erant, viſceribus inferioribus et irregulari thoracis configuratione parum elevati. At pericardium ſanie fluida turgidum, velabat cordis permagni ſuperficiem prorſus ulceratam. Auricula anterior et arteria pulmonalis, ſolito ampliores, aeque ac trunci vaſorum vehementer inflammati erant. Diaphragma inflammatum hepati annexum. Ventriculi et inteſtinorum facies interna obſcure tincta."

„*Antoninus Zambonini*, vir pulcher triginta duo annorum, artibus gymnaſticis ſocios vincere amans, praeſertim pulſando campanas Bononiae maximas, frigore noxio in ſe immiſſo, febre acuta correptus eſt, quam comitabantur dolores in capite et collo, ardor candens in facie oculi lacrymoſi. Ad noſocomium delatus eſt, poſteaquam decem per hebdomades aegrotaverat, quibus perpetuam ſpirandi difficultatem, ardorem in faucibus, dolores alacres urentes in

pectore cum febre tuſſique vehemente et ſputis parcis ſanguinolentis perpeſſus erat. Septimana quinta brachium ſiniſtrum dolere coepit nec tolli potuit; faucium dolores disparuerant, at horrores atroces calore fugace pediſequo, praeibant ſummam virium deiectionem. Pulſus irregulares, ſubſultus tendinum, ſopor continuus ignis in pectore, die quadrageſimo morte terminabantur. — Reperiebantur cartilagines coſtarum inferiorum ſiniſtrarum omnino oſſificatae; pulmones pleurae coſtali firmiter annexi, membrana craſſa, praeternaturali vaſculoſa obducti; pulmo dexter in aqua natans, ramuli tracheae indurati, inflammati pituita alba viſcida repleti; pericardium aqua turgidum; cor permagnum, ruberrimum, ſolidum, in baſi adipe multa tectum. Cavitates caeterae, praeter ſanguinem multum grumoſum, nihil oſtendebant; arteria pulmonalis amplior erat quam aorta. Ventriculus ſiniſter ſanguinem coagulatum continebat; in ſepto cordis apparuit ulcus ad valvulas ſemilunares usque procedens. Loco nodulorum Arantii, excreſcentia emicabat fungoſa, aortae oſtium maxima ex parte occludens. Medio in ulcere parvum percipiebatur foramen, ſat magnum ut ſpecillum uno e ventriculo in alterum protuderetur. Aorta ſolitum habebat diametrum, tunicas autem inflammatas. Vena azygos, varium variis in locis oſtendens diametrum, paſſim duplo amplior erat quam alias eſſe ſolet. "

„Iuvenis quidam Cremonensis, novemdecim annorum, gracilis, per dies nonnullos solito tristior, vere 1805 ex inopinato doloribus pleuriticis in latere dextro, tussi et febre continua corripiebatur. Die tertio, testiculus dexter, vehementer dolens, tumescebat; quinto febris aegre notabilis; septimo febris exarsit; dolebant fauces tumefactae; facies et corpus universum pallebant; fugiebant vires inter tussim vehementissimam; sputa sanguine tincta. Vena, secundo iam die aperta, iterum secata est, quum inflammatio increscere videretur. Serum bis lacti similior aeque ac urina. Febris, tussis caeteraque symptomata remittere videbantur, noctu vero tam profusi prorumpebant sudores, ut aegrotus prae languore artus movere non posset. China et opio porrectis febris tandem fugata est. Die decimo quarto augescebant febris, dolores faucium, sudores nocturni; regio splenis tumefiebat, ventre fere tympanitico. Febris post aliquot dies mitigata, vigesimo octavo denuo exarsit; sanguine nonnullo eiecto, tumor in regione lienis subsidebat, tussis deminuebatur. Oborta diarrhoea, eliminabat cruorum sub doloribus in ano. Diarrhoea quum quatuor per dies se protraxisset, ad tumorem in regione lienis, sudores nocturnos et respirationem difficilem accessit tumor in regione hepatis. Tumescebant parotides, glandulae maxillares, inguinales, vexante fame canina. Quae omnia quum

ad diem quadragefimum usque ita fuiffent, oedematis pedum et afcitae veftigia apparuerunt. Poft quinquaginta dies, nec febris nec tuffis notatu dignae erant; pectoris vero anguftiae, fitis, abdominis tenfio, oedema pedum indies increverunt. Nocte diei quinquagefimi feptimi aeger valde inquietus multo evomito fanguine mortuus eft. Cavum thoracis invenimus fero repletum, pulmonem dextrum ulceratum, *pericardium* praefertim ubi diaphragmati annectitur, ad duorum digitorum diametrum incraffatum, fere cartilagineum. Abdomen aqua plenum, hepar et lien permagna; mefenterium nodis refertum." —

De carditide, anginam mentita, haecce in memoria eft obfervatio: [17]) „Nuperrime mulierem diffecabam iuvenem, quae e frigore corpori immiffo nacta erat bronchum, qui in aphoniam et dysphagiam terminabatur, quibus poft duas feptimanas, superveniente abortu embryonis fex menfes nati, aegra enecata eft. Larynx, arteria afpera et oefophagus ubique fana erant, pulmones tuberculis ftipati, auricula cordis dextra cum pericardio concreta, ventriculus cordis dexter concrementis polypofis veris repletus, cordis fubftantia flaccida mollis." —

17) Hufeland's Journal für prakt. Arzneik. Bd. XXXI. Stück 1. p. 142.

Pauca haecce ſufficiant ad probandam ſententiam illam, carditidem ſimulare interdum anginam. Mirum profecto videri debet, in caſibus illis, omnibus inflammationis faucium vehementis ſignis apparentibus, poſt mortem nil niſi carditidis reliquias eſſe repertas. Unde inquis iſtud morbi dominium in partibus a vera ipſius ſede, plane ſecretis et remotis? — At non eſt quod hac de re tantum miremur; quum aliis in morbis eadem obſerventur phaenomena; nam quis eſt qui ignoret e. g. dolores illos ſymptomaticos, humerorum artuumque, dextrorum in hepatitide, ſiniſtrorum in ſplenitide?

Placet praeterea, affectionem illam faucium, quam carditis occulta ſaepius ſimulat, trahere originem ex irritatione nervorum, praeſertim vagi, qui et ramos pandit cardiacos, et pharyngi organisque reſpiratoriis coniunctus eſt.

Eodem forſan modo ſymptomatica illa hydrophobia oriri videtur, quae interdum obſervatur in aegrotis carditide laborantibus. Sin autem *Cl. Kreysig* [18]) cenſet, naturam hydrophobiae e morſu beſtiarum rabidarum exortae, ſemper latere in cordis inflammatione, equidem illi ſententiae calculum adiicere nequeo. Iſta enim hydrophobia, ſeu rabies, longe profecto abhorret a ſymptomatico illo potus horrore, qui carditidem hic illic ac alios morbos, gra-

18) l. c. Tom. II. pag. 152 — 156.

viores, e. c. hyſteriae acceſſus comitatur. — Nam foret hydrophobia nil niſi nomen ineptum, quum ſolum ſymptoma pro peculiari morbi genere haberi non poſſit; erraſſent ii omnes, qui luctabile malum illud e morſu beſtiarum rabidarum ortum, ſuo ſane iure pro peculiari morbi ſpecie habuerunt. Unde funeſta illa malignitas morſus et veneni ſalivalis rabidorum? unde phaenomena illa peculiaria in lymphaticis, apud aegrotos carditide laborantes alias minime conſpicua? unde ineluctabilis rabidorum pernicies unde hydrophobia et rabies in hominibus quorum corda, poſt mortem accuratiſſime examinata ne leviſſima quidem inflammationis veſtigia oſtendebant? ut e. g. in caſu illo a *Cl. Krukenbergio* nuperrime enarrato. [19]) Praeterea *Parry*, [20]) *Marſhal*, [21]) *Horn*, [22]) *Emmert*, [23]) in cordibus hominum, hydrophobia enecatorum, nulla veſtigia inflammationis

---

19) Horn's Archiv, Jahrg. 1817.

20) Caſes of tetanus and rabies contagioſa. pag. 40 et 50.

21) The morbid anatomy of the brain in mania and hydrophobia, pag. 94. 102. 144.

22) Hufeland's u. Himly's Journal. Bd. 39. Octb. p. 38. Bd. 40. Januar, p. 24. — Oppert, diſſ. de vit. nerv. organ. Berlin 1815. p. 16.

23) Journ der prakt. Heilkunde v. Hufeland u. Harles. Bd. 41. St. 2. S. 97.

repererunt. Haec fere ſunt quae me commoverunt, ut hydrophobiam veram rabidam haberem pro ſingulari morbi genere funeſto, huc temporis invicto. —

Carditis interdum ſub ſpecie affectionis cerebri apparuit, medicosque fefellit. Eiusmodi obſervationem notatu digniſſimam quam *Edward Stanley* tradidit, enarratam legeris in praecedente libelli parte. [24]) —

Dolores in femore genuque ſiniſtro, die morbi tertio aegrum illum vexantes, mox vero evaneſcentes, leviorem an carditis adfuerit ſuſpicionem movere potuiſſent.

Quas *Allan Burns* tradidit obſervationes, de carditide occulta, uteri et veſicae urinariae inflammationes ſimulante, eae in priore libelli parte [25]) adiectis aliis nonnullis relatae ſunt.

Sub ſpecie *hyſteriae* et *hypochondriae* haud raro latet carditis occulta chronica, inprimis, ſi — quod freguenter fieri ſolet — perturbationes ſyſtematis venae portarum, hepatis lienisque cum illa coniunguntur. Pulſuum ratio, peculiaris illa anxietas praecordialis, affectiones reſpirationis, reſpectus ad mali originem, et decurſum pluraque alia adiuvant medicum in cognoſcendo morbo.

Carditidem interdum ſolius rheumatismi formam aſſumere, in praecedentibus anno-

24) l. c. pag. 88 — 90.
25) l. c. pag. 70 — 84.

tavi. [26]) Accuratior autem ſymptomatum perſcrutatio, eorum praeſertim, quae ad reſpirationis conditionem pulſuumque rationem ſpectant, multum conducet ad evitandum errorem illum periculoſum. Enumeratis quantum in me fuit formis iis, ſub quibus carditis occulta ſaepius latere ſolet, propriam adiiciam obſervationem de cordis inflammatione occulta. —

Vigeſimo quinto Maii MDCCCXVII arceſſebar ad dominum F. B. viginti quinque annos natum. Querebatur aegrotus de dolore acuto, pungente, qui inde ab annulo inguinali ſiniſtro incipiens diagonalis percellebat truncum usque ad acromion humeri dextri. Pulſus tangebantur frequentes, parvi, tenſi, duri. Lingua pura, humida, rubra; ciborum deſiderium nullum; ſitis vehemens, aeque ac calor veſpertino tempore increſcens; nec nauſea aderat nec vomitus; ſedes quotidie ponebantur; urina mingebatur parum rubicunda; ſudores largi, tempore matutino prorumpentes, nullum aegroto afferebant auxilium. Aderat dolor preſſorius parum vehemens in fronte, vertiginem adducens, ſimulac aeger diutius pronus inclinabatur. Aegritudo oborta erat nocte diei Maii vigeſimi ſecundi ad vigeſimum tertium, qua aegrotum e ſomno excitum horror corripuerat, pediſequo dolore illo mendace et calore vehemente, mane in ſudores

---

26) Diſſ. p. I. pag. 102 u. 103.

profufos foluto. Accedebat tunc mitior cordis palpitatio et anxietas lenior, cuius aegrotus non prius fecit mentionem, quam cum interrogatus effet, numne illam perciperet. Quum abdomen accuratius externe examinatum, nihil omnino oftenderet, unde de dolore illo certior fieri potuiffem, quum alvus rite aperta nec ulla violentia in abdomen effet immiffa, orta mihi eft fufpicio, dolorem illum fympathicum forfan effe. Quum in mente effet fallax carditidis natura, ad illam prae aliis convertebam animi attentionem. Manus thoraci impofita, percepit ictus cordis tremulos feu ftridulos (fchwirrend) obfcuros, celeres, ad anteriorem et inferiorem pectoris partem extenfos. Adaucta ita carditidis fufpicio, compulit me, ut aegrotum narrare iuberem, quali ante hos dies valetudine gavifus fit. Quae mihi narrabat, haec fuerunt: „Ad annum 1813 usque optima femper ufus valetudine ftipendia meruit apud *Franco-Gallos*. Poft pugnam apud *Culm* pugnatam in fugam converfus cum equo in foffam delapfus eft, quo pectus vehementer percuffit. Hoftibus iam iam imminentibus exanimis fere in equum fe coniecit, ut mortem aut captivitatem faltem effugeret. Febricula et anxietate vexatus, poft dies quosdam aerumnarum plenos, barbarorum legiones reliquit atque itinere concitato in patriam evafit. Inde ab illo die nunquam plane convaluit; vexabant cordis palpitatio, pectoris anguftia, deinde

tuſſis, quae ſputa pituitoſo-ſanguinea eliminabat. Attamen ſyncopae, vertigo, vehementes artuum dolores, nunquam obſervabantur. Quae quum comperiſſem, in ambiguo eſſe non potui, hominem iſtum tempore illo e pectoris contuſione, animi perturbationibus, et itineribus feſtinatis additoque metu ſupplicii triſtis ſignorum deſertores apud Gallos manentis, cordis inflammationem nactum eſſe, quae tardo pede procedens, his iisdem diebus exarſerat, poſt factas ab aegroto in exſtruendis muris vehementes corporis contentiones.

Sanguinis unciae quindecim, e brachio ſiniſtro miſſae, praeclarum attulerunt auxilium. Calor, ſitis, cephalaea, palpitatio cordis evanuerunt, dolor ille ſympathicus multum mitigabatur; anxietas plane disparuit. Natri ſulphurici uncia cum kali nitrici drachmis duabus intra dies quosdam propinata, movebant ſedes nonnullas multo cum fructu.

Paulo poſt aeger multo melius ſe habuit; febris valde mitigata permiſit, ut veſicatorium cordis regioni imponi poſſet; poſt dies nonnullos aeger prorſus fere convaluit, ita quidem ut operibus vacare valeret. Motus cordis, ad normam non plane revertens, reliquit mihi ſuſpicionem, ne in futuro morbus inſidioſus iterum exardeſceret; attamen aeger nullo modo compelli potuit, ut impoſito pectori ſetaceo, aliis-

que medicaminibus idoneis, valetudinem recuperare ſtuderet integram. —

VIII. *Carditis* denique aut *ſthenica* aut *aſthenica* et *paralytica* eſſe poteſt.

Sthenica morbi indoles indicatur iuvenili validaqua aegrotorum conſtitutione, genio epidemico inflammatorio, cauſarum remotarum natura, (e g. ſi violentia externa, frigus, haemorrhagiae ſuppreſſae morbum provocabant.) Morbus vehemens et acutus eſſe ſolet, febrem ſecum habet alacrem, calorem magnum, pulſus duros, plenos, fortes etc.

Aſthenicam et *paralyticam* naturam aſſumere amat morbus in hominibus infirmis, cachecticis, qui ſyphilide, arthritide, phthiſi, ſcorbuto, herpetibus aliisque exanthematibus chronicis iam dudum tabeſcunt; nec raro in iis, qui perturbationibus animi ſic dictis deprimentibus afflicti, aut chronicum cordis morbum prius iam adepti, novo inflammationis inſultu fortuito corripiuntur.

Attamen omnis iſta differentia magis ad gradum quam ad naturam morbi ſpectat; bene igitur caveant medici, ne contra carditidem ſic dictam aſthenicam medendi methodum, ab conſueta antiphlogiſtica plane abhorrentem inſtituant, quum ſexcentis obſervationibus conſtet, medicamina fortiter excitantia atque ſtimulantia,

aegrotorum, carditide tali afthenica laborantium perniciem non folum non arcere fed adeo accelerare.

§. 6.

De vario Carditidis exitu.

Carditis vario modo terminari folet; nam aut convalefcit aegrotus, inflammatione feliciter prorfus foluta, aut moritur varios eosque funeftos plerumque inflammationis exitus perpeffus, aut denique fi inflammatio non plane folvitur, alios in morbos incidit.

Sanatio, proh dolor! rarius miferis contingit, interdum licet medici eam adducant. [27]) Carditidem iis adnumerandam effe morbis cenfeo, qui fine omni artis medicae auxilio fere nunquam felicem habent exitum. In carditide acuta plerumque dies tertius, quartus, feptimus, interdum et undecimus aut decimus quartus discrimen dare folet. Facta felici inflammationis folutione, fymptomata omnia diminuuntur, evanefcunt lipothymiae, anxietas, calor urens circa cor, anhelatio, dolores in artibus et regione cordis, palpitatio, pulfuum irregularitas et nimia frequentia. Somnus revertitur iucundus, poftea-

27) Kreysig l. c. P. II. p. 175. — Disf. pars I. pag. 59 — 87.

quam iactitationes et inquietudines aufugerunt. Crifes febribus prae aliis dilectae per fudores urinasque, et carditidem iudicare confueverunt. Urinae fedimentum lateritium deponere folent; affectiones refpirationis prorfus fugantur poft eliminata per aliquantum temporis fputa cocta. Saepius et fedes criticae, biliofae, fanguinolentae, faeculentae fuum faciunt ad folvendum morbum, inprimis fi vifcerum abdominalium perturbatio cum cordis inflammatione complicata fuerat. [28]) Interdum et haemorrhagiae criticae, e. g. haemorrhoidales, conferunt ad iudicandum morbum, fi ifte e fuppreffis illis originem habuerat. Facta carditidis discuffione faepius fupereft permagna in corde irritabilitas, ita ut omnia ea, quae fanguinis circuitum perturbant, vehementes praefertim animi commotiones morbum facile revocent, tunc duplo maligniorem. Prae aliis omnibus, chronica cordis inflammatio medicorum auxilium deludere folet, quamvis non prorfus defint obfervationes, aegrotos nonnullos ex idonea et praecauta medendi methodo auxilium percepiffe eximium.

Frequentiffime morte terminatur carditis intra primos feptem dies, paralyfi, gangraena, ruptura cordis, addito agmine phaenomenorum, fupra (vid. §. 4.) enarratorum. Interdum in chronicam cordis inflammationem mutata, poft duas,

28) Disf. pars I. pag. 15 — 16.

tres quatuor feptimanas et quod fupereft, aegrotum enecat, vel ferius quoque, obortis vitiis cordis organicis uti vocant. Solitos praeterea inflammationum exitus carditis agnofcit. De felice inflammationis folutione fauftaque fanatione inde proveniente modo diximus. Exit interdum carditis, incitata actione vaforum exhalantium cordis et pericardii, in effufionem laticis cuiusdam aut mere ferofi aut ferofo - fanguinolenti, interiectis plerumque flocculis nonnullis lymphaticis, ita ut exinde ftatus ille abnormis oriatur, quem medici hydropem pericardii nominarunt. Phaenomena analoga aliis in partibus obfervantur; encephalitidem e. g. inprimis apud infantes, hydrocephalus acutus fequitur; poft enteritidem et peritonitidem effufio talis ferofo-lymphatica in cavo abdominis haud raro apparet; diarrhoeae criticae profufae, aquofae, eiusdem naturae effe videntur. Talis crifis foret profecto falutaris, nifi locus, in quo fecretum colligitur (cavum nempe pericardii), adduceret pericula, oriunda ex impedita et intercepta cordis actione. Fluidum plerumque in cavo pericardii accumulatur. Attamen Cl. *Portal* [29]) tradidit obfervationem de tali effufione intra pericardii lamellas, quae, alias arctiffime cohaerentes, hoc in cafu fecreto effufo divulfae erant. *Avenzoar* hydropis pericardii mentionem qui-

---

29) Cours d'Anat. med. Tome III. pag. 10.

dem fecit; minime tamen, ut *Freind* voluit primus ea de re ſcripſit; *Galenus* [30]) enim prolixius de morbo illo diſſeruit, uti et *Morgagnius* celeberrimus [31]) bene annotavit. Laticis effuſi natura in variis varia eſt. Acrior eiusdem indoles, non ex acredine, ſanguini innata, aut ex putrefactione ob ſtagnationem in pericardio, ſed potius ex perverſo ſecretionis modo, explicanda mihi eſſe videtur. Siqua mere ſanguineus interdum apparuit, non ſtatim cogitandum eſt de vaſis corroſis, et haemorrhagia exinde facta, ſed potius de ſecretione tali ſanguinea ob intenſam inflammationem oborta; accuratiſſima enim partium perſcrutatio talibus in caſibus nullam vaſorum laeſionem oſtendit. [32]) — Laticis effuſi quantitas plerumque ad unius vel duarum librarum pondus accedere ſolet; attamen *Corviſart* [33]) reperit uno in aegroto, libras octo fluidi ſeroſo-lymphatici coerulei, clari. Quoad ſigna, pericardii hydropem preditura, ea obſcura plerumque et incerta ſunt. Narrarunt quidam, [34]) aegrotos ſuos conqueſtos eſſe de ſenſu moleſto, ac ſi cor ipſis in aqua nataret. Eiusmodi tamen obſervationes, quamvis in dubium

---

30) De loc. adfect. Lib. V. p. 296.

31) l. c. Ep. XVI. art. 20.

32) Kreyſig l. c. pag. 437.

33) l. c. pag. 80.

34) Hercules Saſſonia, Med. pract. Lib. II. c. 8. Raim. Joh. Fortis, Conſ. med. Cent. II. conſ. 46.

non vocentur, pro rarioribus ſaltem habendae erunt. Inter ſymptomata non tam rara enumerare fas eſt, pondus moleſtum ſub ſterno, plus minusve extenſum, palpitationem cordis, tremulumque eiusdem motum, ſyncopas; reſpirationem difficilem, interceptam ſimulac aeger aut ſupinum aut dextrum capiat ſitum; tuſſim plerumque ſiccam; pulſus excitatos, duros, frequentes, ſaepe inordinatos. *Senacus* adiecit motum quendam fluctuantem, coſtam tertiam inter et quintam luculenter conſpicuum, de quo et *Werner*[35]) atque *Conradi*[36]) conſentiunt. Cl. *Teſta*[37]) afferit, fluctuationem illam ipſi nunquam in conſpectum veniſſe, licet et Cl. *Corviſartii* digitus uno in caſu eam perceperit. Declarat deinde, ſuſpicionem de pericardii hydrope ſibi moveri, ſimulac cordis ictus variis quaſi in locis appareant, veluti cor locum ſaepius mutans maiori in ſpatio moveatur, quam quod alias pericardium permittat. Cl. *Corviſart* ſagaciter monuit, aegrotos, pericardii hydrope affectos, fere ſemper oſtendere faciem lividam, labia atropurpurea, anxietatem dolorificam, pulſus parvos debiles, frequentes, contractos, irregulares. Manus thoraci impoſita percipit cordis ictus obſcuros, irregulares, propagatos quaſi per flui-

35) Weiz Neue Ausz. aus medic. Diſſert. B. VIII. S. 99.

36) Arnemann's Magazin für W. A. Bd. I. S. 83.

37) l. c. pag. 266.

dum thoraci et cordi interiectum. Percuſſio partis pectoris ſiniſtrae anterioris, in aegroto ſedente vel horizontaliter iacente, aut nullum aut obſcurum ſonum edere ſolet etc. — Plura hoc de morbo legi poſſunt apud Cl. *Teſtam.*[38] *Senacum,*[39] *Kreyſig,*[40] *Corviſart.*[41]— Alius carditidis exitus conſtituitur exſudationibus *lymphae plaſticae,* albido-flavae, quae naſcitur ex vaſorum exhalantium ſecretione ob inflammationem adaucta et alienata. Apparet modo ſub forma fibrillarum et filamentorum, cor retis inſtar obducens, modo ſub forma tunicarum ſpuriarum, quae ambiunt plerumque totam faciem internam pericardii inflammati, quod ſolito intenſius rubet, uberrima vaſorum tenerorum ſanguiferorum copia gaudet, et ſaepius mollius craſſiusque eſt quam in ſtatu normali eſſe debet, ita ut uno in caſu [42]) ſeptem linearum craſſitudinem exaequaret. Lympha plaſtica, cordis ſuperficiem adinſtar involucri craſſi ambiens, interdum pro cruſta a pure confecta impoſuit. [43]) — Exſudatione iſta lymphae plaſticae efformatur cor

---

38) l. c. pag. 263—299.

39) l. c. pag. 90 — 128.

40) l. c. pag. 436 — 442.

41) l. c. pag. 73 — 87.

42) Lieutaud. l. c. obſ 693. pag. 217.

43) Meckel in d. N. Mém. d. l'Ac. d. Sc. et B. L. de Berlin. Année 1758. p. 32 etc.

— uti vocatur — *villosum hirsutumve*, quod *veteres*, exsudationis illius naturam ignorantes, in corporibus heroum aeque ac sceleratorum atrocium, *Leonidae*, *Lysandri*, *Aristomenis*, semper inventum fuisse tradiderunt. Miror *Walterum* 44) asserere: cor villosum esse rarissimum, nec a se ipso in tot cadaverum millibus quae dissecaverit, detectum, cum et *Hallerus* 45) cordum hirsutorum magnam alleget copiam, et *Senac*, 46) *Weitbrechtium* praecipue laudans et *Morgagnius* plurima referat exempla, et *Sömmerringius* 47) seipsum duo observasse exempla enarret, et Cl. *Meckel* 48) in museo magnam eorum copiam servari dicat. — Lymphae istius exsudatae ope, haud raro pericardium et cor sibi agglutinantur, ita ut vera exinde oriatur concretio. Membranas istas lymphaticas, aeque ac ipsarum processus multiformes cor pericardio annectentes, vasa ostendere sanguifera, auctor est *Baillie*, 49) et iniecta materia quadam tincta ea explorare suadet. *M. Stoll* 50) totam earum substantiam vasis sanguiferis vidit stipa-

44) Walter in d. N. Mém. d. l'Ac. d. S. et B. L. de Berlin. Année 1785.

45) De corp. hum. Fabr. lib. IV. p. 56.

46) l. c. cap. V. p. 171 seq.

47) Baillie l. c. 28. IX.

48) Diss. de cord. condit. abnorm. pag. 54.

49) l. c. pag. 5.

50) Rat. Med. Bd. II. Th. II. pag. 207.

tam. Idem alio in caſu [51]) pſeudomembranas tales obſervavit duas, quarum una, ex inflammatione priſtina ſuperſtes, ſpiſſior et tenacior, permulta oſtendebat vaſa ſanguifera, oculo inermi conſpicua; altera autem, carditide noviſſima eaque lethali producta, flaveſcens, facillime dilaceranda, priori circumfuſa. Concretio cordis cum pericardio, quae poſt inflammationes lymphae illius plaſticae exſudatae ope fieri ſolet, vario gradu obſervata eſt. Interdum pericardium tam arcte cordi ubique adhaeſit, ut plane abeſſe videretur. Quod obſervarunt *Heiſterus*, [52]) *Weszpremi*, [53]) *Morgagnius*, [54]) *Columbus*, [55]) *Tulpius*, [56]) *Bartholinus*, [57]) *Hallerus*, [58]) *Lieutaud*, [59]) *Soemmerring*, [60]) *Sandifort* [61]), multique alii. Ex ca-

51) l. c. pag. 183.

52) Med.-chir. Wahrnehm. Bd. II. p. 136.

53) Obſ. med. Trai. 1756; in Halleri coll. disput. ad hiſtoriam et curationem morborum facient. Tom. VI. pag. 803.

54) l. c. Epiſt. IV. §. 19. Ep. V. §. 19. Ep. XXII. §. 4. und §. 10.

55) De re anat. lib. XV. pag. 489.

56) Obſ. med. lib. II. cap. XXV. pag. 134 ſeq.

57) Hiſt. anat. rar. Cent. IV. hiſt. XX. Tom. II. p. 164.

58) Elem. Phyſ. Vol. I. pag. 489.

59) l. c. obſ. 722 ſeq.

60) Ad Baillie pag. 4. Not. 8.

61) Exerc. acad. lib. II. cap. VII. p. 66. — Obſ. anat. path. lib. I. cap. I. pag. 9. not. f.

ſuum illorum hiſtoria facile Cl *Meckel* (de c. c. abn. §. 61. pag. 55.) elucet, totalem concretionem pericardii cum corde nonnullis pro pericardii defectu impoſuiſſe, ut iam *Freind*[62]) et ſagaciſſimus *Hallerus*[63]) optime declaraverunt, quanquam inficiari non poſſit, pericardium interdum non adfuiſſe, e. g. mala ex conformatione, ſecundum *Büttner* et *Weber*,[64]) in caſu *Dinckleri*[65]) et *Baillie*,[66]) qui in corpore viri quadragenarii nullum prorſus invenit pericardium. — Plurimis in caſibus concretio iſta ex parte tantummodo oritur, ope textus cuiusdam retiformis, filamentorum, productionum ligamentoſarum, cylindracearum et lamellarum membranacearum.[67])

---

62) Vid. diſſ. pars I. pag. 19.

63) Praelection. Boerhaavii §. 132. not. a. — Elem. Phyſiol. Vol. I. p. 487 ſq. — De corp. hum. fabr. lib. IV. Sect. I. §. 24. — conf. Sandifort obſ. anat.-pathol. lib. I. cap. II. pag. 44 ſq. — Kaav-Boerhaave in Nov. Comm. Petropol. Vol. I. obſ. anat. IV.

64) Vid. Tom. I. pag. 377. Not. 23.

65) In Sandifort Natuur-en geneeskundige Bibliothek. Vol. I. pag. 661.

66) Medic. and chirurg. Transact. Lond. 1793.

67) Vid. Morgagni l. c. XXXV. 12. Ep. XXIV. 2. — XXXVIII. §. 13. 23. Ep. XVIII. 25. III. 22. 13. XXV. 15. — Miſcell. Nat. Curioſ. Dec. III. An. II. obſ. 78. Lieutaud, l. c. lib. II. Sect. III. obſ. 698 a. — 698 e. Tom. II. pag. 219 ſeq.

Concretiones iſtae pericardii cum corde non ſemper ſubitam contrahunt mortem, eae praeſertim quae ex parte modo fiunt; ipſarum enim natura, morborumque quae eas reliquerunt hiſtoriae ſaepius probant iam diu ante mortem illas enatas fuiſſe. Moleſtias, ex abnormi eiusmodi ſtatu oriundas enumerare, et ſigna indicare, quae ad dignoſcendas illas concretiones durante aegrotorum vita inſerviunt, meum non eſt, quum organicis cordis morbis adnumerari debeant. —

Huc revocanda erunt, quae in fine faſciculi primi diſſertationis de polyporum cordis origine monuimus, quippe quae propius accedit ad exſudationem quandam ex inflammata tunica cordis intima. Quodſi concretiones tales polypoſae, oborto impedimento circulationis mechanico, non ſtatim mortem ſubitam adducunt aegrotis, poſt fractum morbi impetum perniciem elapſis, nanciſcuntur illae organiſationem quandam, originis naturam poſtea facile celantem.

In facie cordis ſeroſa occurrunt interdum maculae aut una aut plures, albae, opacae modo tenues modo craſſae, pollicis diametrum ſaepius exaequantes plerumque in anteriore cordis ventriculo, rarius in poſteriore et auriculis, paſſim ubicunde. Saepius pſeudomembrana lymphatica efformantur, qua detracta, naturalis cordis facies incolumis apparet. Tunc ſane veram ad exſudationem pertinent. Eam ob

caufam, et quod frequenter occurrunt in hominibus qui alias fani videbantur, *Baillie* et *Soemmerring* (vid. *Baillie* l. c. pag. 11. et Not. 25.) pro affectione morbofa eas habere non voluerunt.

Saepius tamen tunica ferofa cordis infpiffata, illas maculas exhibet, quo in cafu de leviori phlogofi praegreffa cogitandum erit, quum inter omnes conftet, tunicas ferofas ex inflammatione nancifci maculas tales albas, opacas, in tunica ferofa hepatis, pulmonum aliarumque partium haud raro confpicuas.

Carditis *fuppuratione* et exulceratione terminatur. Exitus ifte femper lethalis aut citius aut tardius mortem affert. Signa fuppurationis in corde ortae, dubia atque incerta, illa forfan aequabunt, quae aliorum vifcerum fuppurationem indicare folent. *Morgagnius* invenit in corpore hominis cuiusdam, fubito mortui, pus craffum, ex abfceffu pricardii in illius cavum effufum. [68]) *v. Doeveren* [69]) in corde et pericardio hominis pneumonia uti opinatus erat, enecati, luculenta inflammationis veftigia reperit; pericardium ad pollicem craffum interne corrofum, continebat liquoris aquofi, multo cum pure permifti libras duas. *Stoll* [70]) vidit pericardium oppletum pure tenui, quod ulcus ad

---

68) l. c. Ep. XXIV. 19.
69) l. c. cap. V.
70) R. M. Tom. II. p. 152.

aortae e pericardio exitum ſitum ediderat. *Baillie* [71]) reperit in pericardio vehementer inflammato et incraſſato, puris communis libras quatuor, ſine ullo ulceris veſtigio. *Ferro* [72]) in homine inter pneumoniae acerrimae uti putabat ſymptomata mortuo, cum pulmonibus illaeſis, apicem cordis ſuppuratum vidit et puris libras duas in pericardio.

Walteri [73]) obſervationem in praecedentibus enarravi. *Sandifort* [74]) cor totum, omniumque vaſorum in baſi cordis exordia cruſta purulenta obducta et ſub ea pure corroſa obſervavit.

Boerhaave [75]) in homine poſt febrem acutam, haemorrhagias pulmonum et reſpirationem difficilem perpeſſo, cor ſuppuratum, vermibus repletum, tantaque puris copia circumfuſum vidit, ut pericardium valde diſtentum eſſet. Quod attinet ad vermes in corde repertos, illi eodem cenſu veniunt, quo crines pilive; exſudationes enim lymphae plaſticae illos mentiri videntur.

Stoerck [76]) in foemina, carditidis vi enecata, cordis apicem profunde ſuppuratum, peri-

---

71) l. c. pag. 4.
72) Med. Ephem., überſ. von Roſenblatt. 1795.
73) Vid. diſſert. pars I. pag. 51—53.
74) Obſ. anat. pathol. lib. IV. cap. X. p. 109.
75) l. c. p. 476.
76) Ann. med. II. pag. 262.

cardium ſanie tenui repletum reperit: — *Blancard*[77]) in puella, quam chronica cordis inflammatio trucidavit, cor fere dimidium ulcere exeſum vidit. *Carcaſſon*[78]) in puella, lue venerea iam dudum tabeſcente, ad cordis apicem ulcus canceroſum invenit. *Lanciſius*[79]) ulcera cordis frequenter obſervavit. Obſervationes de ſuppuratione et ulceratione cordis permultae praeterea legi poſſunt apud *Morgagnium*[80]) variosque alios. In praecedente libelli noſtri parte variae eiusdem indolis obſervationes annotatae ſunt; *Edw. Stanley*[81]) e. g. obſervabat in ipſius caſu abſceſſus pure repletos, faſciculis muſcularibus interiectos. [8])

Quae in exteriore cordis ſuperficie, obſervantur ulcera et abſceſſus, eadem et in penetralibus cordis apparere docemur. *Bonetus*[83]) ventriculi dextri partem interiorem membrana vidit

77) Anat. rar. Cent. I. Obſ. LXXXIII. pag. 169.
78) Mém. de la Soc. Roy. de Méd. 1778.
79) De motu cord. et aneryſmat. Part. II. cap. XXIII. pag. 181.
80) l. c. XLIX. 18. LIII. 29. XVI. 17. 43. LXXVIII. 10.
Sepulof. an I. pag. 820. 830. 861. 763. 878. 892. 898. Lieutaud l. c. pag. 31. 32. Barrere apud Lieutaud l. c. pag. 27. 28. 30. 31 etc.
81) Diſſ. p. I. pag. 88 — 90.
82) Trecourt pag. 26 — 30.
83) Sepulchr. I. p. 849.

destitutam et exulceratam; abscessum in facie interna ventriculi anterioris. [84]) *Lieutaud* [85]) auriculam dextram turgidam pure ex ventriculo eiusdem lateris promanante; „Cl. *Meckel* [86]) ad „exulcerationem cordis internam duo exempla a „patre servata pertinere declarat; unum, in quo „cordis ventriculus sinister apparet aneurysmatice distentus, ob ulceratum annulum venosum, „cuius superficies omnis interna apparet inaequalis," erosa, cuius margo ex parte ad minimum quarta, a tendinibus columnarum ulceratione separatus, ut hi libere pendeant; alterum valvularum aorticarum mira destructio. Limbi sunt inaequales, laciniati, multimode plicati, flocculenti; membrana ventriculi sinistra iis proxima simul erosa et inaequalis. — *Penada* [87]) in foemina, post annum unum et dimidium cordis morbo mortua ulcus reperit, quod pollicis longitudinem excedens, et profundum, substantiam muscularem usque in ventriculum sinistrum corroserat. Secundum Cl. *Senacum* regio baseos cordis magis quam reliquae partes huic malo obnoxia est, quod secundum eas quae innotuerunt observationes veritati approximari videtur. — Interna cordis facies rarius externa

---

84) l. c. 386.
85) l. c. pag. 28.
86) De cord. condit. abnorm. pag. 63. §. 69.
87) In Weigel's ital. med.-chir. Bibl. Bd. 3. St. I. S. 101.

ita quoque peccare videtur. Suppurationem et exulcerationem cordis fine praegreffa inflammatione oriri non poffe, non eft quod prolixius exponamus, quum haud facile quis ea de re in ambiguo fuerit. —

Alius carditidis exitus eft *induratio*. Chronicam prae aliis cordis inflammationem ita terminari, tam fuadet analogia, quam experientia confirmat. *Schaarfchmidt* [88]) cor invenit, appendiculis permultis obfeffum, totam fuperficiem externam ad lineas duas callofam, excrefcentiis numerofiffimis obfitam; *Fr. Hildanus* [89]) in iuvene ad apicem cordis nodum reperit, qui nucem avellanam exaequabat; *Bonetus* [90]) cordis bafin excrefcentiis permultis obfeffam narrat; *Morgagnius* in corde fenis cuiusdam vidit indurationem, magnitudinem cerafi nigri aequantem, ex parte in cordis fubftantia habitantem, ex parte protuberantem. Induratio, quoad gradum, multifarie variat, per degenerationes tendineas, et cartilagineas ad os imo et lapidem adfcendit. Primus indurationis gradus exfudationis ope oriri videtur. Materiae effufae, ut mihi placet, in telam cellulofam partibus interiectam depofitae, indurationibus et degenerationibus anfam praebent. Vitia enim illa, quae telam cellulofam et partes membranaceas ad iftius

88) Med. u. chir. Nachrichten. Jahrg. III. S. 244.
89) Obferv. chir. Cent. I. Obf. 51.
90) Sepulchr. anat. Lib. II. Sect. I. Obf. 2.

naturam propius accedentes affligunt, frequentiâ longe antecellunt caetera omnia; quippe quod illam ad legem revocandum videtur, humanarum partium fyftemata eo facilius aegrotare, quo minori exornata funt dignitate organica. De induratione et incraffatione pericardii in praecedentibus exempla permulta allegata funt.

Degenerationem cartilagineam pericardi obfervarunt *Riolanus*, [91]) *Hautefierk* [92]) et alii. [93]) Alia nonnulla, quae paffim in pericardio reperta funt huc pertinere videntur. *Dionis* [94]) e. g. in quadragenario afthmatico pulmones cum mediaftino et pleura concretos, pericardium tuberculis duris, pififormibus obfeffum reperit. Interdum tumores albi fcirrhofi, pure fanieque oppleti in pericardio apparuerunt. [95]) In hydropico, repente mortuo, pericardium cordi accretum, [96]) et fteatomatibus obfitum reperiebatur. Aegroti, indurationem in ulla cordis parte nacti, inflammationis quafi focum fem-

91) Anthropograph. lib. III. cap. XII.

92) Recueil d'Obfervat. Tom. II. pag. 583 fq.

93) e. g. Act. Nat. Cur. Vol. III. Obf. 20.

94) Vid. Lieutaud, l. c. Sect. VII. Obf. 840. Vol. II. p. 271.

95) Bell's Zerglieder. d. menfchl. Körp. Bd. I. S. 191.

96) Nov. Comment. Petropol. — Boneti Sepulcr. anat. lib. I. Sect. VII. Obf. 58. lib. II. Sect. VII. Obf. 58.

per fecum ferunt. Ut enim induratio inflammatione enafcitur, ita et poft quamque potentiam nocentem facile eam revocat; exardefcens faepius inflammatio, degenerationem propagare folet, et certam femper miferis contrahit perniciem. *Luchtmanns* [97]) obfervabat pericardium afperum, protuberantiis duris acuminatis albo-flavefcentibus, adipi fere fimilioribus obfeffum. In corde ipfo eaedem apparuerunt excrefcentiae. — *Baillie* [98]) vidit in pericardio tumores duos vel tres fcrophulofos, ad nucis iuglandis magnitudinem accedentes, materia quadam albida, molli, cafeo recenti fimiliori efformatos. — Cordis ipfius fubftantia induratur et degenerat. Sic in actis Naturae curioforum [99]) cor defcribitur, laminas carneas cum cartilagineis exhibens alternantes. Lamina externa carnea, lineam unam lata; ei fubdita latior et vere cartilaginea; tertia iterum carnea; quarta cartilaginea, dura, carneâ qua tegebatur, duplo craffior; quinta et ultima tenuiffima carnea. — Similem cafum *Morgagnius* [100]) refert.

---

97) Verhand. door het Genootfhap. der Wetenfch. te Vlifiingen, 1790. Tom. XIV. p. 213. — Samml. auserl. Abhandl. für pract. Aerzte. Bd. XVII. S. 219.

98) l. c. pag. 7.

99) Vol. X. p. 358.

100) l. c. XLV. 23.

Cl. *Corvifart* [1]) enarrat obfervationem — quam et relatam leges in: Journal de Médecine, Mars 1801, de genuina quadam induratione fubftantiae mufcularis in corde mulieris carditide chronica interemtae. Obfervatio illa dignifsima eft quae attento animo perlegatur. Meam ad rem fpectant modo, quae propius accedunt ad cordis conditionem:

Pericardium [2]) valde dilatatum nullam continebat aquam. Cor, longe maius quam alias in foemina mediocris ftaturae effe folet, parcum in bafi adipem oftendebat. Vafa abfciffa, e cordis cavitatibus fanguinem tenuiffimum emittebant. Ventriculus dexter eiusque atrium, aeque ac arteria pulmonalis morbofi nihil oftendebant, nifi trabeculas carneas ventriculi, atriique parietes folidiffimas, et utriusque cavi fibras mufculares tam craffas et firmas, ut parietes illi, alias poft evacuationem collabi foliti, expanfi manerent. Partes iftae omnes, elafticae, preffae licet recederent, tamen remota preffione ftatim recellebant. Atrium finiftrum valde dilatatum, dextri craffitudinem exaequabat. Ventriculus finifter, valde diftentus, parietes folito ad minimum duplo craffiores exhibuit, qui convexi manentes, capfulam efformabant carneam, fummopere elafticam, quae percuffa, cornu fere fonum edebat. Elafticitas ifta atque refonan-

1) l. c. pag. 176—182.

2) l. c. p. 178. u. 179.

ſonantia, eo magis admirationem movebant, quod pars cornea ventriculi, naturali gaudebat colore, nec oſſea nec cartilaginea, nec ullo alio modo degenerata apparens, quamquam inciſioni reſiſtebat et ſonum quendam ſtridulum edebat etc. De degeneratione ſubſtantiae cordis in maſſam cartilagineam, legitur obſervatio praeclara apud. Cl. *Corviſart.* 3) *Schaarſchmidt* med. Nachr. Jahrg. 1741. Stck. XXXI. p. 245, vidit cordis ſubſtantiam plane calloſam, ad duarum linearum altitudinem.

In homine intra menſes octodecim carditide chronica mortuo, cor reperiebatur longe maius quam eſſe ſolet. Ventriculus dexter eiusque atrium valde expanſa, oſtio venoſo aperto dilatato coniungebantur. Atrium ſiniſtrum aeque ac ipſius oſtium valde diſtentum; valvulae mitrales cartilagineae; parietes ventriculi ſiniſtri ad pollicem craſſi, ſolidiſſimi. Apex cordis ad certum altitudinis gradum prorſus cartilagineus; trabeculae carneae ſolidiores, ad naturam cartilaginis appropinquabant. — Cordis ſubſtantia mutatur interdum in materiam quandam albidam, adipi ſimiliorem quidem, attamen non plane aequalem. Cl. *Teſta* 4) caſum talem enarrat, quem ſupra adieci, ubi de carditide anginam ſimulante mentionem faciens, *Teſtae* obſervationes allegabam. *Weitbrecht* — apud Se-

3) l. c. pag. 182 — 184.
4) l. c. pag. 240.

nacum l. c. IV. cap. IX. pag. 12. cordis substantiam vidit adiposam, lardaceam, alternis stratis. — Membrana cordis interna, margines ostiorum et valvulae variae, quae membranae intimae duplicaturâ efformantur, varias patiuntur degenerationes. Praeclara multa ea de re legi possunt apud *Corvisart.* [5]) Ossificatio vitiosa in variis cordis partibus occurrens, easdem sequi videtur leges, quas alias agnoscit. Observationes multorum uberrimas de inspissatione et ossificatione in variis cordis partibus, collectas tibi habes apud Cl. *Meckel* [6]) et *Kreyssig* l. c. p. 338 — 348.

Quae carditidem saepius insequitur substantiae incrassatio aut extenuatio, vel cum vel sine ventriculorum dilatatione, ea passim pro peculiare morbi specie habetur. Cl. *Corvisart* [7]) priorem illam nomine *aneurysmatis activi*, hanc vero nomine *aneurysmatis passivi* [8]) salutavit. Instituto examine paulo accuratiore, facile liquet, auctorem Illustr. in explicanda illorum origine, conditionibus mechanicis nimium inhaerere, neglecta iniuste vera origine plerumque ex inflammatione cordis praegressa. Quas enim Cl.

---

5) l. c. pag. 199 — 232.

6) De cord. condit. abnorm. §. 76 — 81. pag. 68 — 77.

7) l. c. pag. 91 — 114.

8) l. c. pag. 114 — 145.

Corviſart [9]) enarrat obſervationes ad probandam ſententiam ſuam, eae omnes luculentiſſima inflammationis praegreſſae veſtigia produnt, e. g. excreſcentias et oſſificationes valvularum, concretiones pericardii cum corde etc., eandemque ob cauſam contra ipſius ſententiam probare videntur, quippe quae, neglectâ illorum origine probabiliore, (e conditione cordis abnormi carditidem inſecuta), vitioſam cordis nutritionem atque dilatationem ſolummodo e ſanguine, ob impedimenta circulationis, diutius quam alias ſolet, in corde retento explicare ſtudet. Quae quum placere mihi nequeant, toto ex animo ſequor ſententiam Clariſſimi *Kreyſig*, [10]) qui conditiones illas cordis abnormes, plerumque ex inflammatione praecedente originem trahere cenſet, quanquam cum *Morgagnio*, *Teſta*, *Lanciſio*, aliisque conſentire liceat, rarioribus in caſibus cor et ſubſtantiae naturalis viriumque incremento praevalere, et ſolito minutius atque debilius eſſe, quin ex inflammatione antecedente hoc ſit explicandum.

Cor eorum, qui carditide mortui ſunt, oſtendit interdum ipſius ſubſtantiam incraſſatam, ſpiſſam, aſt alias minime degeneratam, interdum

---

9) l. c. pag. 95—97. 99—105. 107—108. 109—114. 119—126. 127. 128. 129—134. 135—145.

10) l. c. Tom. II. pag. 318—330.

4*

extenuatam, flaccidam, mollem, ita ut digitus facillime eam perforare aut lacerare valeat. Ad finem libelli propriam eiusmodi obſervationem enarrabo. Haec flacciditas [11]) cordis propius iam accedere mihi videtur ad alium carditidis exitum, nempe *gangraenam*. [12]) Non eſt quod dubitemus, quin carditis aeque ac aliarum partium inflammatio vehemens, in gangraenam abire queat. Obſervationes de vera cordis gangraena, poſt vehementes inflammationes oborta, rariſſimis adnumerandae erunt, quum et Cl. *Corviſart* [13]) in ambiguo fere haereat, an unquam hicce carditidis exitus occurrat. Attamen *Lieutaud* [14]) plures affert obſervationes de cordis gangraena. *Morand* [15]) ſubſtantiam ventriculi ſiniſtri reperit tam mollem, ut ſpecillum facillime ubivis permearet. Alia obſervatio, de ventriculo ſiniſtro livido, atro coeruleo, putrido et flaccido, in diariis Gottingenſibus [16]) legitur. In viro, [17]) anginam pectoris perpeſſo, cor re-

---

11) Morgagni l. c. XXVI. 11. 31. XLIX. 19. XXV. 10. LXX. 9.
12) Kreyſig l. c. p. 328 — 330.
13) l. c. p. 235 ſq.
14) l. c. pag. 11. p. 33. Tom. I. obſ. 1618. p. 386. p. 33. obſ. 543. p. 34.
15) Hiſt. de l'Acad. des Sciences de Paris 1732. p. 594.
16) Gött. Gel. Anz. 1782. Stck. 128. S. 1284.
17) Mem. of the med. Soc. of London. Vol. I. Nr. 31.

periebatur lividum, putre, flaccidiſſimum, ita ut digito immiſſo faciliime perforaretur. Cl. *Portal*[18]) obſervabat foetorem fibrarum cordis flaccidarum et ſaniem putridam in illarum interſtitiis. In iuvene, pneumoniâ ut dicebant mortuo, invenit pericardium et cor gangraenoſa, cordisque ſubſtantiam gangraena tantopere corruptam, ut textus latice rubicundo foetido maderet, et trabeculae carneae tactae dilacerarentur. — In mercatore quodam gangraenam ſiccam obſervavit; cordis ſubſtantia flaccidiſſima, foetida, facile divellebatur, colore livido-coeruleo gaudebat; aqua in fibrarum interſtitiis nulla. Obſervationem de macula gangraenoſa in corde dextro narrat Cl. *Meckel*, [19]) Cl. *Corviſart* [20]) refert obſervationem a *Leroux* traditam, de gangraena cordis poſt carditidem oborta. Praeterea facile liquet, gangraenam cordis ſemper lethalem eſſe debere, quum deleto circulationis centro, vita ſervari nequeat. Signa certa ad cognoſcendam cordis gangraenam, deſunt medico, at ſubita mors illam mox in cadaveribus inquirere permittit. Cordis gangraenam inſequitur mors ineluctabilis *paralyſi* vel *ruptura* cordis; quae haud raro obſervabatur.

---

18) l. c. pag. 75.

19) l. c. pag. 64. 65.

20) l. c. pag. 253. 254.

Mumſen, [21]) *Chauſſier*, [22]) *Fine*, [23]) *Nebel*, [24]) *Chr. Vater*, [25]) *Morgagni*, [26]) *Hufeland*, [27]) tradiderunt obſervationes de rupturis in cordibus alias omnino ſanis. Ex obſervationum iſtarum hiſtoria apparet, cor ſanum non niſi violentiis vehementiſſimis immiſſis rumpi; quam ſententiam equidem facile aſſequor. Obſervationes aliae innumerae, de ruptura cordis, quarum equidem nonnullas tantummodo relaturus ſum, facile demonſtrant, adfuiſſe tanquam rupturae cauſam, vitioſam quandam cordis conditionem. — De cordis ruptura, ope ulcerum, videas quaeſo, *Morgagni*, [28]) *Lemmery*, [29]) *P. de Marchetti*, [30]) *Teſta*, [31])

21) Diſſ. de corde rupto. Lipſ. 1764; in Ludwigii adverſ. med. pract. Vol. I. p. 134.
22) Apud Portal p. 722; etiam in Samml. für pr. Aerzte. Bd. XII. S. 720.
23) Recueil des Actes de la Soc. de Santé de Lyon. T. I. p. 180. — Samml. f. pr. Aerzt. Bd. XXI. Stck. 4. S. 427.
24) Miſc. nat. cur. Dec. III. ann. 3. obſ. 85.
25) Ibid ann. IX. obſ. 164.
26) l. c. L. III. 34.
27) Journ. d. prakt. Heilkunde. Bd. XIV. Stck. II. p. 200.
28) l. c. XXVII. 2. 5. 6. 8. LXIV. 15.
29) In Mém. de l'Acad. des Sciences de Paris. 1732. p. 428.
30) Obſ. et tract. med.-chir. Neapol. 1772. obſ. XLVII. pag. 78.
31) l. c. pag. 204. et 243 ſq. 393 ſq.

Penada. [32]) — Quodſi ulcera ſine inflammatione praegreſſa oriri nequeunt, et corruptionem quandam partium adiacentium ſemper ſecum habent, liquere videtur, rupturam cordis plerumque oriri ex conditione cordis abnormi, quae fere ſemper inflammatione praecedente provocatur, praeſertim quum permultae in promtu ſint obſervationes de corde rupto, ubi praeter rupturam luculentiſſima inflammationis veſtigia reperiebantur. Rupturae cordis, ex mechanico circulationis impedimento ob enata vitia cordis organica, e. g. valvulas oſſificatas etc. contra ſententiam iſtam nihil poſſunt, quum inter omnes conſtet, mutationes illas plerumque ex inflammatione praegreſſa originem ducere. Sic *Anguiſſola* [33]) cor dextrum ruptum vidit, in quo fiſſurae margines, carnis flacciditate etividitate inflammationem praegreſſam teſtabantur. Miſer ille, ardorem atrociſſimum, dolores lancinantes in ſtomacho, in pectore et inter humeros, ſummas anxietates, deliria perpeſſus, pulſus habuerat languidos, non tam frequentes, regulares. Conqueſtus poſtremo de artuum frigore, et ſopore merſus, cordis ruptura interemtus eſt. Quam *Brera* [34])

32) Saggi di Padova. P. III. Tom. II. p. 60.

33) Giornale della Soc. med. di Parma. Vol. II. n. 11.

34) Di una ſtraordinaria rottura di cuore. Verona 1808.

enarravit cordis rupturam, ea praecedenti ſimilior forſan eſt; aegra enim cordis palpitatione iamdiu vexata fuerat, ita ut medici aneurysma inventum iri opinarentur. Fiſſura in ventriculo ſiniſtro facta, oſtendebat margines flaccidos, nigricantes, emollitos. *Harvaeus* 35) in ventriculo ſiniſtro rupturam, qua digitum immittere poterat, invenit, cum ſubſtantia cordis craſſa et ſolida. — Cordis ventriculum dextrum ſolito duplo maiorem et ruptum legas in Diariis medicis Pariſienibus 36) *Morand* 37) ventriculi ſiniſtri faciem poſteriorem fiſſura octo linearum pertuſam vidit in corde tam molli et flaccido, ut ſpecillum ſuo ipſius pondere ubique penetraret. — *Ad. Murray* 38) in homine, doloribus uti credebant rheumatico-arthriticis frequenter cruciato, acutiſſimos poſtremo in pectore dolores perpeſſo et derepente mortuo, inter mucronem cordis et ventriculum ſiniſtrum rupturam vidit, quae longitudinem pollicis aequaret. Iuxta eius finem ſuperiorem in conſpectum venit alia minus inſignis. Qua in regione cordis ſubſtantia ſolito longe tenuior, laxior, coloris atri, tanquam gangraenoſa, aeque

35) De motu cordis, I. p. 180.

36) Journ. de Médec. T. IX. pag. 516.

37) In Mém. de l'Acad. des Sciences de Paris. 1732. p. 594.

38) Diſſert. de corde rupto. Upſal. 1785; in Neue Samml. d. auserl. u. neueſten Abhandl. f. Wundärzte. St. 7. p. 24. 25.

ac cor reliquum atro-coeruleum, inflammationem praegressam vehementem palam fecerunt. Circulationis obstaculum inventum est nullum. *Langlade* [39]) similem observationem tradidit. Cl. *Corvisart* parietes ventriculorum cordis nunquam vidit ruptos; [40]) ipse autem enarrat observationem, de trabecula carnea in ventriculo sinistro a pariete cordis divulsa, [41]) et aliam de filamentorum tendinorum a valvulis avulsione. [42]) Observationum historia facile declarat, praeiisse carditidem, et laesiones illas procreasse, quippe quae adduceret laxitatem partium. — Adipis copia magna circa corda rupta saepius accumulata, interdum rubicunda, de praegressa inflammatione testari videtur. — Conf. *Portal* l. c. Tom. V. p. 97. Ex comparatione observationum allatarum colligere licet, ventriculos cordis frequentius rumpi quam atria. Praeterea cor durante systole rumpi solet, sicuti uterus inter contractiones a doloribus partus. — Ex omnibus hisce allatis coniicere licebit, cordis rupturas praecipue oriri vitiosa cordis conditione quae plerumque ex inflammatione praegressa prodit. Faveo huic sententiae, auctoritate Ill. *Kreyssig*, [43]) *Testa*, [44])

39) Journ. d. médec. 1791; in Hufeland's neuesten Ann. der Franz. A. W. Bd. II. S. 1.

40) l. c. pag. 258.

41) Ibid. p. 264.

42) Ibid. p. 267.

43) l. c. Tom. II. pag. 448 sq.

44) l. c. p. 391 sq.

Corvisart [45]) et aliorum fretus. Quare quum offenderem in obfervationem a *Ch. Ph. Fischer* [46]) enarratam, de ruptura cordis *fani*, rariorem uti videbatur hunc cafum fedulo perlegendum effe cenfebam. Quod quum feciffem, non potui quin admirarer fagacem fere auctoris induftriam, qua omnem fufpicionem de lethali illo in cafu carditide fugare, et conditionem cordis rupti fanam atque integram oftendere ftuduit. Nihilominus ego quidem inficias non eo, mihi plane effe perfuafum, *Fifcheri* aegrotum vera cordis inflammatione interemtum fuiffe; quamobrem obfervatio illa contra fententiam meam fupra expofitam nihil valet, quum eodem cenfu veniat, quo aliae multae iam antea enarratae. Ne Cl. *Fifcheri* arti diagnofticae iniuriam intuliffe videar, eorum nonnulla hic enumerabo, quae rupturam illam, cordis uti dicitur fani, ex carditide ortam effe credere me iubent. Morbi hiftoria multa exhibet fymptomata, carditidi prae aliis peculiaria. Primus morbi infultus, [47]) horror, tertio morbi die vehemens aegrotum corripiens, anxietas horrenda, dolores artuum vagi, [48]) pulfus inaequales, [49]) extremitates frigidae, faciei rubor huc

---

45) l. c. pag. 258 fq.

46) Hufeland's Journ. d. pr. H. K. Stck. VI. Decbr. 1817. pag. 1—30.

47) l. c. pag. 6.

48) l. c. pag. 7.

49) l. c. pag. 8.

revocari debent. Dolores in ventriculi regione atroces monent de mendacibus illis doloribus, qui carditidem, proh dolor! frequenter comitantur. [50])

Doloris exaſperatio triſtis poſt ſumta medicamina excitantia, [51]) anxietas horrenda, ſenſus torporis cuiusdam in toto brachio ſiniſtro, dolores lancinantes in humeris, in hallucibus, pulſus parvi, contracti, frequentes, intermittentes, [52]) multum profecto valent ad probandam ſententiam meam. Aetiologia morbi varia praeterea mihi ſuppeditat argumenta. Cl. *Fiſcher* ſuo ſane iure putat, aegritudines et moerorem diuturnum multum feciſſe ad contrahendam aegroto perniciem. Sin autem opinatur, moerorem cor rumpere poſſe, equidem ipſius ſententiam non aſſequor. Quomodo tandem, venenum tam tardum quale moeror eſt, tam ſubitam et funeſtam vim ſibi vindicat? Optime profecto dixiſſet Cl. *Fiſcher*, ſi memor fuiſſet, perturbationes animi, praeſertim deprimentes quae dicuntur, — quibus moeror ſine dubio adnumerandus eſt — multum poſſe ad gignendas cordis inflammationes. Quodſi haec paſſim ruptura cordis in mortem terminantur, ſenſus quidem phraſi illi ineſt, „moerorem cordis rupturam procreaſſe.“ Praeterea aegroti illius in-

---

50) v. Diſſert. §. 6. de cardit. occulta.

51) Hufeland's Journ. l. c. p. 10.

52) l. c. pag. 12.

clinatio ad affectiones anthriticas, [53]) aër frigidus, contentiones corporis in itinere faciendo, cantus alta voce editus, inter ea numeranda erunt, quae carditidis originem adiuvant. Denique in corde ipſo poſt mortem nonnulla reperta ſunt, quae pro me loqui videntur, licet auctor clariſſ. nullum inflammationis praegreſſae veſtigium in illo inveniſſe opinetur. Nam macula illa atrocoerulea [4]) ad cordis apicem apparens, minime negligenda eſt Subſtantia cordis pallida, flexibilis, mollior quam muſculi mortui alias eſſe ſolent, mihi ſaltem de inflammatione praegreſſa luculenter teſtari videtur. Cl. *Fiſcher* optime profecto de re medica promeruit, referendo obſervationem illam praeclaram, attamen in diagnoſi ipſum erraſſe cenſeo.

§. 7.
De Aetiologia Carditidis.

Semina carditidis variae ſunt indolis. Enaſcitur cordis inflammatio, ut quaevis alia, e connubio potentiarum nocentium externarum cum praedispoſitione interna. Eiusmodi proclivitas ad contrahendam inflammationem, cuique licet cordi alias prorſus ſano inhaereat, illa tamen corda prae aliis amat, quae ex affectionibus praegreſ-

53) l. c. pag 5.
54) l. c. pag. 16.

ſis maiorem quam par eſt irritabilitatem nacta ſunt. Qua de re et ii omnes, quorum cor ſecundum naturam maiori gaudet irritabilitate, procliviores eſſe debent ad cordis inflammationem. Sic ſexus foemineus, omnibus morbis inflammatoriis valde obnoxius, cordis quoque inflammationes longe frequentius pateretur quam virilis, niſi caeterae potentiae nocentes, in viros prae aliis irruentes, numeri rationem compenſarent.

Obſervationes de carditide infantum et puerorum rariſſimae ſunt; quamvis vero colligere liceat, morbum illum malignum, primis vitae temporibus facilius parcere, quum durantibus illis fontes nonnulli uberrimi malorum — e. g. animi perturbationes, nimiae corporis contentiones, potus ciborumque intemperantia inſana, morborum ſegetes nondum nutriant, ea tamen ſuſpicio non plane abeſt, ne, quae in adultis medicum vexat diagnoſeos difficultas et obſcuritas, in eruendis infantum morbis non parum adaucta, pro tanta carditidis apud eos raritate impoſuerit. Cl. *Kreyſigii* obſervationem praeclaram de carditide acuta pueri neonati, in priore libelli parte enarratam legiſti. [55]) Tempora quaedam evolutionis humanae, carditidis origini prae aliis favent; ſic periodus illa, quae Catamenia eliciens, virgines declarat puberes, et ea etiam

---

55) Diſſ. pars I. pag. 115. 116.

quae menſibus ceſſantibus, de concipiendi facultate fere deleta teſtatur. Iuvenes, quo tempore togam virilem iuduunt, eo cordis inflammationes haud raro patiuntur. Quod eam ad legem revocandum videtur, ſecundum quam temporibus illis ſyſtema vaſorum maiorem excitationem ſubire ſolet. Hanc ob rem, et quum in univerſum conſtet, in pueris caput, in iuvenibus pectus, in ſenibus abdomen morbis plerumque aſylum praebere, haud difficulter intelligitur, cor tempore illo frequenter inflammari. Gravidae, inprimis vero puerperae, carditide haud raro affliguntur, quum ob erethismum univerſalem, vaſorumque praeſertim, ad morbos inflammatorios procliviores eſſe ſoleant. Obſervationes huc pertinentes leguntur apud *Meckel*, [56]) *Teſta*, [57]) *Burns* [58]) et alios.

Animi perturbationes magnam habere vim in cordis actionem et ſtatum, antiquitus iam omnibus perſuaſum fuit, ita ut *Platonici* τὸν θυμὸν, *Stoici* totam *animam* in corde habitare opinarentur. Quum animi motus re vera plurimum in cor valeant, facile liquet, eosdem illos carditidis origini haud parum eſſe fauturos. Perturbationes animi quae dicuntur *deprimentes*, faciunt praecipue ad provocandam *lentam* cor-

56) Mém. de l'Acad. de Berlin. 1755. Tom. XI. p. 56. 60. 69. 150.

57) l. c. pag. 289 — 292. pag. 62 — 64.

58) l. c. pag. 78 ſq. — vid. diſſert. pars I. p. 72 ſq.

dis inflammationem, quae tardam quidem, at ineluctabilem plerumque adducit perniciem. — Variae corporum conditiones abnormes, morbofae, fuum quaevis faciunt ad procreandas cordis inflammationes. Perverfa thoracis conformatio, liberam cordis actionem praepediens, inter caufas carditidis non plane omittenda erit. 59)

Excretionum, quibus natura adfueverat, retentio aut repentina fuppreffio, haemorrhoidum et Catameniorum perturbationes, fudorum in pedibus fuppreffio, haud parum valent ad excitandam carditidem. Quum inter omnes conftet, quantos in corpore cieat tumultus fuppreffio haemorrhagiarum, aut fecundum naturam fingulis temporibus prorumpentium, aut per confuetudinem interdum revertentium, mirum effe nequit, eam in corpore humano partem, quae circulationi inprimis praepofita eft, fcil. cor, prae aliis cladem exinde accipere. Quando menfes fluere definunt, aequales fere perturbationes vaforum facile oboriuntur.

Praeterea, cordis inter et uteri affectiones, arctiorem dari nexum mutuumque fere commercium, perfuafum mihi habeo; faepius enim carditis atque *metritis chronica* in eadem foemina a me obfervabantur, et utriusque partis morbi, alternis vicibus exardefcunt et mitigantur interdum. Inflammationes vifcerum in thorace

59) Vid. Tefta l. c. pag. 47—53.

contentorum, cordi haud aegre communicantur. Pneumoniae vehementes, liberum ſanguinis circuitum infringentes, gravi cor afficiunt iniuriâ, quaè frequenter veras provocat inflammationes. Varia pulmonum vitia, ex inflammationibus praegreſſis reſidua, liberam cordis actionem vexando eiusdem inflammationi favent. Inflammationes pleurae, mediaſtini, et tunicae diaphragmatis ſeroſae, ob viciniam et aequalem naturam facillime ad pericardium cordisque membranas perrepere, iam ſupra monuimus.

Affectiones viſcerum, in abdomine contentorum, inflammationes praeſertim hepatis, lienis, peritonei, ſaepius carditidem provocant. Gaſtritis, pancreatitis, metritis, nephritis, cyſtitis, enteritis, eodem fere cenſu venient. Prae aliis tamen peritonei inflammatio, uti inter omnes conſtat, tam libenter ad tunicas in thorace ſeroſas perrepens, cordis membranas frequenter adoritur. Hepatis vero ſplenisque inflammationes eam ob cauſam facillime cordi communicantur, quod ſanguinis circuitus illarum partium inflammatione vehementer perturbatur. Quam ab rem chronica quoque illorum viſcerum vitia non parum valent ad contrahendam cordi perniciem. — Congeſtiones chronicae, quae ſyſtemati venae portarum, tam multas easque varias adducunt moleſtias, ut Cl. *Stahlius* ſuo ſane iure *venam portarum portam malorum* nominaverit, carditidis anſam ſaepius praebent. Morbi cutanei

non-

nonnulli, tum acuti febriles tum chronici, interdum carditidem gignunt, ſeu potius cum ea coniunguntur. Affinitas cutis cum membranis cordis ex parte facit ad explicandam rem iſtam ſatis miram. Sic e. g. Cl. *Wrisberg* in pericardio variolas obſervavit; [60]) Ill. *Stoll* in pericardio vidit petechias. [61]) Scarlatina praeſertim frequenter carditidem ſecum habere videtur, quam ad ſuſpicionem compellunt vehementiſſima pulſuum acceleratio, horrenda aegrotorum anxietas immenſusque calor, funeſtus ſemper morbi exitus, ſimulac medela excitante oleum igni iniicitur. Morbillos, inprimis praemature ſuppreſſos, in corde ciere tumultus, auctor inter alios eſt *Portal*, qui iuvenem poſt morbillos retrogreſſos, ſuffocatione et vehementiſſima cordis palpitatione mox interemtum narrat, et diſſecto cadavere, tunicas aortae invenit tumidas, latiore ambage ruberrimas, vaſculis varicoſis obſeſſas, luculenter inflammatas. [62]) Iſtae vero obſervationes de carditide, poſt ſuppreſſos morbos exanthematicos acutos exorta, tam frequentes non eſſe videntur, quam illae de affectionibus cordis, ex ſuppreſſione malorum cutaneorum chronicorum oriundis. Exanthemata chronica, proceſſum quendam inflammatorium,

60) Comment. med.-phyſiol. anatom. et obſtetr. argument. Vol. I. Nr. IV.

61) Rat. Med. Vol. II. P. II. pag. 197.

62) Cours d'Anat. med. T. III. pag. 92.

ſummopere tardum oſtendunt; diligunt ſyſtemata organica intima — telam celluloſam membranasque proxime illi affines, nec febrem vaſorum incendere valent. Herpetes, ſcabies, ulcera cutanea incaute ſuppreſſa, ſaepius carditidis culpam ſuſtinent. Lentae praeſertim cordis inflammationes exinde prodire videntur, aſt malignae ſemper et pernicioſae. Cl. *Teſta* in cadavere hiſtrionis cuiusdam, quem poſt fugatum e labio ſuperiore herpetem, quatuor per menſes reſpiratio difficillima et ſumma virium deiectio vexaverat, pericardium quatuor lineas craſſum, aortam aneurysmaticam, atque ſuperficiem cordis exulceratam reperit. [63]) Poſt repercuſſum exanthema herpeticum in virgine orta eſt concretio pericardii cum corde dilatato et attenuato. [64])

De moleſtiis aſthmaticis, anhelatione, cordis palpitatione, anxietate, poſt herpetes ſuppreſſos exortis, plura legi poſſunt aqud *Preſſavin.* [65]) Aegrotus quidam Cl. *Kreyſigii*, poſt fugatum e facie herpetem, mortuus eſt ruptura cordis extenuati. — Scabiem praemature repercuſſam facere ad procreandam cordis inflammationem, permultae declarant obſervationes, e. g. Ill. *Oſiandri*, [66]) *Mecke-*

---

63) l. c. pag. 82.

64) Samml. für pr. Aerzte. Bd. XII. S. 724.

65) Preſſavin nouveau traité des vapeurs. p. 174.

66) Denkwürd. aus der Geburtshülfe. Band 2. Theil 1. p. 146.

lii I, [67]) *Bangii* [68]) et aliorum multorum. Iuvenis quidam, viginti annorum, literarum ſtudio deditus, anno praeterlapſo praeceptoris mei pie colendi, Cl. *Krukenbergii* auxilium imploravit contra malum uti putabat aſthmaticum, quod ipſum continuo vexaverat, poſteaquam in patria Friſia ab exanthemate quodam chronico, varia infricando unguenta, ſubito liberatus fuerat. Ill. *Krukenbergii* ſagacitas cordis affectionem mox explorans, quamvis abſentia anxietatis illius pathognomonicae, aliorumque ſymptomatum nonnullorum medicum fallere ſtuderet, adaptiſſimam medendi methodum adhibendo, aegrotum morti eripere non valuit, quum malum malignum, obſcure increſcens, nimios iam feciſſet progreſſus. Aegrotus initio uti videbatur reconvaleſcens, poſt largiorem quam par eſſet coenam, mortuus eſt ſignis manifeſtis paralyſeos cordis, ſine ullo anxietatis veſtigio. Pericardium reperiebatur incraſſatum, cordi ubivis agglutinatum; ad baſin cordis una cum corde in maſſam fere caſeoſo - lardaceam degeneratum, circumfuſa largiore adipis copia; pulmones puſtulis obſiti. Caſus iſte attentionem animi profecto ſibi vindicat, quod aegrotus nunquam accuſavit anxietatem, quae alias pro conſtantiſſimo morborum cordis ſigno declaratur.

---

67) Mémoir. de l'Acad. des Sc. de Berlin. année MDCCLV. obſ. VII. pag. 81.

68) Vid. diſſert. noſtrae part. I. pag. 56.

Poſt ſcabiem repercuſſam *vertigines* frequentiſſime obſervantur; quas *affectioni cordis* originem debere ſuſpicor. Ulcera chronica herpetica, pſorica, arthritica, venerea, mercurialia, ſubito ſuppreſſa, ipſi adeo fonticuli incaute clauſi, cordi contrahunt pericula, uti liquet ex obſervatione a *Portal* [69]) narrata, ſecundum quam poſt fonticulum in brachio clauſum, palpitatio cordis lethalis apparuit; in pericardio reperiebatur ſanguis multus, ex auricula dextra ulcerata et corroſa proveniens. Syphilis praeſertim neglecta aut male tractata, inferioribus ſyſtematibus organicis, telae cellulofae, membranis, et ſyſtemati lymphatico ad illa propius accedenti, prae aliis infeſta, aeque ac mercurioſis, ſuum faciunt ad gignendas in corde degenerationes, quas ſine inflammatione praeeunte oriri non poſſe, iam ſupra explanavimus. Ulcera ſyphilitica, incaute ſuppreſſa, neglectis praecipue medicaminibus adaptis internis, in corde ſaepius incendunt tumultus. *Lieutaud* [70]) in cadaveribus hominum complurium, ſyphilide emaciatorum, cordis faciem et internam et externam, variis excreſcentiis atque hydatidibus vidit obſeſſam; *Penada* [71]) ſyphiliticum quendam inter Hydrargyri uſum correptum vidit carditide, quae cordis ſuppura-

---

69) Portal l. c. pag. 92.

70) Hiſt. anat.-med. T. II. obſ. 510—516.

71) Saggio d'oſſervazioni med.-pratiche. Padova 1793. p. 3.

tione terminabatur. *Carcaſſon* [72]) in puella, quae, atrociſſimis pectoris doloribus vexata, lue venerea tabuerat, cordis apicem deſtructum reperit ulcere fere cancroſo. *Corviſart,* [73]) excreſcentiarum illarum criſtaeformium, condylomatibus venereis valde ſimilium in valvulis repertarum naturam ſyphiliticam ſagaciter ſuſpicatus, ea de re pluribus diſſeruit, adiectis obſervationibus nonnullis praeclaris. Egomet ipſe nuperrime apud vetulam excreſcentias tales duas criſtaeformes in valvulis oſtii venoſi ſiniſtri obſervavi; caſus iſtius hiſtoriam alio loco relaturus ſum. *Teſta* [74]) declarans luem veneream cordi parare inſidias, atque laudans obſervationes *Lanciſii, Verbruggii, Corviſartii,* proprias enarrat obſervationes duas de inflammatione cordis in viris ſyphiliticis.

In *ſcorbuticis* obſervantur proclivitas ad haemorrhagias, maculae et ſugillationes, ſyncope, virium muſcularium completa fere abolitio, dolores ſub ſterno, reſpiratio difficilis, brevis, palpitatio cordis. [75]) In cadaveribus eorum, qui ſcorbuto tabuerant, offendebantur in omnibus cavitatibus corporis ſerum ſanguinolentum,

---

72) Mém. de la Societé de Méd. Année 1778. p. 397.

73) l. c. pag. 223—232.

74) l. c. pag. 86—89.

75) Lind vom Scharbock, pag. 186.

pericardium cum pleura et diaphragmate latius concretum, pulmones nigricantes putridi, cor albidum, flaccidum, molle; ſplen prorſus corruptum. [76]) Quae obſervata Celeberrimi *Lindii* luculenta edere videntur teſtimonia, cachexiam ſcorbuticam ſaepius aut comitem habere aut pedisequam, cordis inflammationem. Quum ſcorbutus ſyſtemati vaſorum prae aliis inſidietur, non eſt quod miremur, centrum circulationis exinde detrimenti quid capere. De nexu arctiore, arthritidem inter et cordis inflammationem, Ill. *Kreyſig* [77]) tam multa eaque praeclara protulit, ut quae adiicere fas ſit, omnino neſciam.

Rheumatismus, cuius natura in affectione quadam inflammatoria telae celluloſae et membranarum ſeroſo-fibroſarum latere mihi videtur, interdum cor quoque aggreditur. — Cachexiae rhachitica et ſcrophuloſa, ad excitandas varias viſcerum inflammationes valde proclives, haud parum favent cordis inflammationi, quae, lenta plerumque, interdum adducit degenerationem ſubſtantiae cordis in materiam quandam ſcrophuloſam, lardaceam, adipoſam, cetaceo ſimiliorem. Cl. *Krukenberg* mihi enarravit, ipſum in ſorore propria, undecim annos nata, reperiſſe cor re vera immenſum, bovinum exaequans, cuius ſubſtantia illam oſtendebat indolem. Miſera puel-

76) Ibidem pag. 391 ſqq.
77) l. c. T. I. pag. 154—168.

lula, a nutrice herpetica luem adepta, pertinacibus femper adfectionibus fcrophulofis vexata fuerat. Cl. *Kreyfig* [78]) tradidit obfervationem de carditide apud foeminam viginti annos et dimidium natam, cuius cor iam dudum uti videbatur affectum, eandem degenerationem fubierat. Neminem quum fugiat homines fcrophulis obnoxios praecipue inclinare ad morbos pulmonum inflammatorios, mirum effe nequit, eiusmodi calamitates cordi communicari.

Supereft denique, ut enumeratis hucusque conditionibus corporum morbofis, ad provocandam cordis inflammationem facientibus, nonnulla adiiciam de rebus — uti vocant — abfolute externis, quae vifceris illius nobiliffimi phlogofin incendere valeant.

Vulnera, ad pericardium aut ad cor ipfum penetrantia, femper valde periculofa, fimpliciffimae carditidis funt caufae. Graviffima accedere folent fymptomata, fyncopae vehementes, pulfus fere evanefcentes, fumma virium deiectio. Pericardii laefiones paulo leviores effe videntur quam vulnera ad cor ipfum penetrantia, ex auctoritate *Senaci*, [79]) qui *Galeni*, *Benivenii*, *Cardani*, *Spiegelii*, *Bartholini* obfervationes de vulneribus pericardii feliciter fanatis, enarrat. Vulnera cordi ipfi inflicta, plerumque qui-

78) l. c. T. II. pag. 206—216.

79) Senac l. c. pag. 79—85.

dem lethalia esse videntur; attamen mors pro vario laesionis gradu citius seriusve irruit, nec plane deest spes, fieri posse ut leviora cordis vulnera feliciter persanentur. Observationum de vulneribus cordi immissis, copiam uberrimam conscriptam leges apud *Senacum.* [80]) Mors autem saepius minime primis post vulnerationem momentis, sed interdum multis diebus, mensibusque adeo praeterlapsis accedit, ita ut inde colligere liceat, aegrotorum perniciem non tam ex mechanica cordis iniuria, quam ex inflammatione eiusdemque effectu, laesionem insequente originem habere. *Senacus* [81]) ipse observavit cordis vulnus, post 45 dies lethale; *Fontani* vidit aegrotum, percusso ventriculo sinistro, post 33 tandem dies mortuum; *Trillerus* [82]) enarrat de vulnere cordis, post 14 dies lethali. Observationes tales permultae apud *Senacum* loco supra laudato, *Morgagnium* et scriptores alios leguntur. Casum egregium ab Ill. *Larrey* [83]) enarratum paucis hic referam, quum ex illo praeclare appareat, quam tarde et occulte cordis inflammatio traumatica adeo incedat, summas licet iam adduxerit destructiones. —

80) Ibid. pag. 249 — 268.

81) Ibid. pag. 84.

82) Diss. de mirando cordis vulnere, post 14 dies lethali. Vitebergae 1775.

83) Med. - chir. Denkwürdigk.; aus dem Französ. übers. 1811. pag. 620.

Miles quidam, vulnere in cordis regione pectori inflicto, gravia perpeſſus ſymptomata, convaluit fere, quum poſt aliquantum temporis vulnus coiviſſet. Sequebantur autem in loco illo dolores interni profundi, oppreſſio, difficilis ſputorum eliminatio; aeger in latere dextro tantummodo iacere poterat, capite et pectore erectis; cordis ictus diſtincti non tangebantur, ſed digitus, inter tuſſim duos a vulnere pollices coſtae quintae et ſextae impoſitus, fluctuationem potius percipiebat. Accedebant pulſus intermittentes, reſpiratio difficilis, brevis, anhela, dolores acuti, oedema pedum. Inſtituta paracentheſi thoracis, proveniebant circiter tres librae laticis cuiusdam flaveſcentis, intermiſtis guttulis nonnullis ſanguinis atri; paulo poſt aeger mortuus eſt. Diſſectio cadaveris oſtendit pulmones concretos, ſolidos, tumidos; eo in loco, ubi alias pericardium offenditur, apparuit ſaccus quidam, cuius parietes craſſi continebant materiam purulentam; decem vel duodecim lineas poſt ſaccum illum pericardium erat inflammatum, gangraenoſum, cordi accretum; ſuperficies cordis gangraenâ corrupta, exulcerata, fibrae muſculares fere maceratae.

Aequo more omnes aliae thoracis laeſiones externae, ictus, lapſus, commotiones, contuſiones, conquaſſationes carditidem ciere poſſunt; et ſiqua affectiones inde exortae mitiorem mentiantur indolem, quemque tamen vehementer rogo

ut bene ſibi perſuadeat de maligna morbi natura, eademque eum aggrediatur auſteritate et animi attentione, qua aliarum partium nobiliorum (e. g. cerebri) laeſiones, perpendere conſuevit. Quaecunque liberum ſanguinis circuitum infringunt, vitae genera nonnulla, violentae corporis contentiones, poſitiones et motus, ponderum magnorum allevatio, infauſtam in cor exercent vim. In onerariis Cl. *Teſta* [84]) carditidis praegreſſae veſtigia frequenter reperit, e. g. maculas magnas albas, pſeudomembranis ſimiles, vaſa coronaria cordis valde dilatata, eorum parietes incraſſatos, aortae valvulas oſſificatas, inſulas oſſeas in aortae membranis. — Quae reſpirationem vehementer perturbant, ob arctiſſimum cor inter et pulmones commercium, cordis inflammationem facile contrahunt; huc pertinent cantus, inflatio tubarum, tibiarum, cornuum, eiectio clamorum, inſpiratio vaporum acrium et aëris putridi, corrupti, acris, particulis noxiis imbuti, qualem ducunt molitores, lapicidae, ſculptores, fullones, metallici, foſſores, caementarii. Addenda ſunt ea omnia, quae cordis actionem vehementiorem quam fas eſt, excitant, e. g. curſus velox, contentus, equitatio immodica praeſertim contra ventum, ſaltatio nimia; potus praecipue ſpirituoſi ciborumque intemperantia, inprimis potus frigidus ingeſtus, et frigus corpori

84) l. c. pag. 90.

aeſtuanti ſubito immiſſum; methodus perverſa medendi febribus medicaminibus vehementer excitantibus; equidem ſaltem haud dubito, quin medici ſat multi, *Brownii* doctrina inflammati, incauta eiusmodi medela aegrotis frequenter compararint cordis inflammationem, et ſtimulando uti putabant morbum, miſeros ad mortem ſtimulaverint.

Palpitatio cordis, reſpiratio anhela, pulſuum acceleratio, inter concubitum conſpicua, magnam illius vim in cordis actionem comprobant; quodſi vehementem animi excitationem addamus, liquere videtur, libidinis intemperantiam cordi minitari pericula, praeſertim quum mala ſyphilitica, ſolemnia libidinis praemia, vi tam infauſta in cor polleant.

§. 8.

De diagnoſi carditidis.

Praeterquam quod carditis tam occultam et mendacem ſaepius induit naturam, ut medicorum oculos facile effugiat, frequenter etiam morbos alios ſimulat, et quidem non ſolum vicinarum partium inflammationes, ſed etiam mala, quoad intimam ipſorum indolem, ab inflammatione cordis longe abhorrentia. Quae dantur ſymptomata ad cognoſcendam carditidem, ea ex iis, quae praemiſi, iam patent. Ipſius cor-

dis inflammationem a pericarditide dignofci non poffe, fupra iam monuimus.

Mediaftini inflammatio a carditide fumma cum difficultate discernitur; adiuvat medicum dolor prefforius, conftringens, aut urens et lancinans, in *mediaftinitide antica* a cartilagine xiphoidea fub fterno adfcendens fine anxietate praecordiali graviore; in *mediaftinitide poftica* columnam vertebralem fequens, cum faucium ardore, deglutitione fummopere dolorifica, luctatione et vomitu, corde pro aliorum fymptomatum ratione haud fatis vehementer afflicto.

Pleuritidem produnt dolores pleuritici multo alacriores, infpirando et tuffiendo valde exardefcentes, refpiratio brevis, celer, ob impeditam coftarum elevationem, tuffis ab initio vehemens, alacris, brevis, continua, ficca, pulfus duri, pleni, raro irregulares et variabiles, iuftam cum calore rationem agnofcentes. Praeterquam quod figna ifta a carditidis fymptomatibus multum differunt, in pleuritide nunquam fere obfervantur palpitatio cordis vehemens, pulfus cordis arteriarumque intermittentes, fyncopae, pathognomonica illa anxietas circa cor, dolores fympathici in artubus praefertim finiftris. Qui carditide laborant, iuffi profundum ducunt fpiritum, faepius fufpiria edunt fine vehemente illa tuffis et dolorum exafperatione, quam pleuritici exinde patiuntur.

Pneumoniam comitatur vera refpirandi difficultas, quum qui *carditide* laborant, opinentur tantummodo, fe profunde infpirare non poffe, licet iuffi fpiritum profundum facile ducant. In pneumonia dolores pectoris fixi, aut faltem gravedo quaedam prefforia, in una alterave thoracis parte adeft, quae una cum tuffi ab initio vexante, infpiratione profunda exafperatur. Tuffis, effentiale pneumoniae fymptoma, ab exordio morbi praefens — nifi atrociffima pulmonum inflammatio eam forfan prohibeat — eliminans paulo poft fputa ferofa, fanguinolenta, in carditidis initio faepius aut abeft, aut ficca alium edit fonum. In pneumonia fitus lateralis, praefertim in latere fano prohibetur tuffi, extemplo atrocius vexante; in carditide iucundior effe folet fitus fupinus erectus, et fiqua aeger in lateribus decumbere non valeat, non tam tuffis, quam anxietates potius et inquietudines internae fitum mutare eum iubent. In pneumonia non adfunt dolores illi fympathici artuum; anxietas circa cor, lipothymiae, fyncopae tantopere non vexant aegrotos; oedema circa malleolos praefertim finiftros, in carditide frequenter confpicuum, pneumoniam fere nunquam comitatur. — Ambo morbi haud raro inter fe coniunguntur, et tunc tam facile non liquet, quae tandem pars gravius afflicta fuerit. Enarrabo cafum, in quo carditidis figna plura, pneumoniae fere nulla obfervavi; nihilominus poft

mortem pulmones vehementer inflammatos reperimus, licet cor ab inflammatione minime intactum appareret. Femina quaedam, duodetriginta annos nata, cum firma plerumque valetudine usa sit, die XXIV. Februarii a. c. mane e lecto furgens, tanto corripiebatur horrore, ut in cubile decumbere cogeretur; fequebantur horrorem aeftus ingens, fitis ardens, cephalaea, acerba pectoris oppreffio praefertim in regione cordis, dolor lancinans in humero et brachio finiftro, anxietas horrenda, tuffis rara, ficca; accedebant paulo poft dolores in abdomine, inprimis in regione hepatis, amaror oris, ciborum faftidium; potus aut cibus fumtus per aliquantulum temporis moleftias deminuere videbatur, aft paulo poft, fub anxietate et oppreffione adaucta, fudoribusque in capite frigidis vexabant vomitus, materiam viridem, biliofam, vehementer amaram eliminantes, cephalaea atrox, fulgura et fpectra ante oculos claufos, horrores cum calore alternantes; urina mingebatur flammea, urens. Die XXVIII. Februarii, quum clinici ambulatorii auxilium follicitaretur, equidem primus ad aegrotam me contuli. Quum quae antea enarravi comperiffem, tangebam pulfus, per fexagefimam horae partem centum et decem ictus edentes, fuppreffos, interdum inaequales, duriusculos, cordis ictus ftridulos; aegra accufabat fitim ardentem, vertigines, fomnum inquietum, deliriis blandis vexatum; icterici nihil ap-

paruit; lingua fere pura et ſicca, alvus clauſa. Praeter animi affectiones de re domeſtica exhauſta paſſas, et labores fatigantes in hortulo colendo ſuſceptos, nulla morbi cauſa explorari potuit. Statum morboſum ſedulo perſcrutatus, pro carditide teſtam dedi, quum illius ſymptomata prae aliis emicare viderentur. Prognoſin triſtiorem pronuntians ob neglectum ab initio morbum alias iam ſatis malignum, ſanguinis uncias quatuordecim e vena brachii ſiniſtri mittendas iuſſi. Porrigebantur deinde Natri ſulphurici ℥j, Kali nitrici depurati ʒii, quavis hora tertia cochlear minus, addito clysmate emolliente ut alvus aperiretur.

Die 1° *Martii* ſymptomata omnia poſt venaeſectionem paululum mitigata, mox recrudeſcebant. Dolores ſympathici in humero et brachio ſiniſtro diſparuerant; abdomen vero, inprimis hepatis regio, alacribus percellebatur doloribus; vexabant dolores in regione cordis, oppreſſio pectoris, anxietas, ſitis ardens, vomitus bilioſus poſt quemvis fere potum ſumtum; ſedes aquoſae quinque depoſitae fuerant; ſanguis miſſus oſtendebat cruſtam inflammatoriam; pulſuum frequentia poſt primam venaeſectionem ad nonaginta ſex ictus deminuta, ad centum et decem denuo increverat, reverſa indole priſtina inaequali, dura; agrypnia valde moleſta aegram excruciabat. Horis primis pomeridianis ſanguinis unciae octodecim e vena brachii dextri miſſae

adducebant pulſus regulares, diſtincte titillantes, multumque auxilium afferre videbantur. Hora ſexta veſpertina aegra multo melius ſe habuit; vomitus non redierat, cephalaea, anxietas deminuerant. Syncopae quatuor incompletae obſervatae erant. Querebatur aegra de dolore conſtringente in faucibus, deglutitione minime impedita. Sedes nonnullae aquoſae depoſitae fuerant.

2° *Martii*, vomitus nullus, ſyncopae leviores nonnullae, alvi eiectiones aquoſae, modicae; pectus magis liberum, cephalaea mitior, dolores acerbi in regione hepatis, ciborum faſtidium, amaror oris, lingua media ſicca, flaveſcens, ſitis vehemens; urina minus flammea, ſedimentum flocculentum depoſuit. Pulſus 100, fere regulares, pleni. Quovis bihorio Hydrargyri muriatici mitis granum unum porrectum, regioni hepatis veſicatorium impoſitum.

3° *Martii*. Aegra, noctem verſus inquieta, inde a hora nocturna duodecima, ſomno quieto fruens, ſudore univerſali madebat. Hepatis regio minus dolens, pectus fere liberum, anxietas exigua, ſyncope nulla, alvus rite aperta; lingua minus arida, guſtus purior, ciborum deſiderium quoddam; urina heſternae aequalis; tuſſis rarior, ſputa parca pituitoſa eliminabat; pulſus 100, fere pleni, inaequales, interdum intermittentes. Porrigebantur Ammonii muriatici depurati ℈ij, Sulphuris ſtibiati aurantiaci gr. IV per diem unum ſumenda. Veſpertino tempore ſudo-

ſudores largi, univerſales, dolores in abdomine nulli, cephalaea fere nulla; at pectoris oppreſſio quaedam, tuſſis, reſpiratio parum ſtertoroſa, pulſus ut matutino tempore. — Veſicatorium regioni cordis impoſitum eſt. Hora decima veſpertina ſub ſignis ſuffocationis repentinae aegra e medio tollebatur, cordis forſan paralyſi, uti equidem putabam.

Diſſecto poſtridie cadavere, reperimus pulmonis dextri lobum ſuperiorem vehementer inflammatum, fibrina exſudata infarctum — Gallorum *poumon hepatiſé*, — ſanguine turgidum, pleurae accretum; lobum inferiorem multo minus inflammatum; pulmonem ſiniſtrum inflammatum, pluribus quam dextrum adhaeſionibus, pleurae agglutinatum, quoad ſubſtantiam, minus alienatum. Serum pericardii paulo largius; in pericardio paſſim phlogoſeos levioris veſtigia apparuerunt. Subſtantia cordis carnoſa ſtructurae muſcularis fere expers, mollis, flaccida, attenuata, fuſca, digito facile divellebatur. In ventriculo cordis ſiniſtro, polypus ſex pollices longus, pedibus pluribus firmiſſime inhaerens trabeculis carneis, a ſolita pſeudopolyporum ſtructura varius, capite libero in aortam prominens, repertus eſt. In hepate inflammationis leviſſimae veſtigia; lien magnum; caetera viſcera abdominalia omnino ſana.

Ex obſervatione iſta elucet, quam difficilis ſit diagnoſis accuratior. In hepate enim, gra-

vissime uti videbatur afflicto, nihil fere post mortem repertum est; pulmones contra, quos durante vita fere intactos mentitus est morbus, atroce iniuria laborasse dissectio palam fecit. Exitus morbi lethalis, affirmans prognosin tristem nimis austeram uti videbatur primis post institutam medelam diebus, monet de fallaci illa symptomatum remissione, cuius supra in delineando morbi decursu mentionem fecimus. — Diagnosis *carditidem* inter et *bronchitidem*, saepius difficillima est. Uterque morbus praeceps est, eademque ciet pericula; in utroque pulsus percipiuntur frequentissimi, parvi, irregulares, intermittentes; calor ardens, anxietas horrenda. Attamen anxietas illa peculiaris circa cor, — vulgo: Herzensangst — quae cordis inflammationem semper comitatur, haud parum differt ab anxietate in bronchitide conspicua, quae maxima ex parte respirationis difficultate effici videtur. Adsunt praeterea in bronchitide: suffocatio vera, atrocior, cum faciei deformatione; sensus molesti constrictorii toto in pectore; respiratio anxia, laboriosa, irregularis; inspiratio profunda intercepta; sensus molesti in utroque pectore aequales; situs lateralis quivis aeque difficilis. In universa thorace auditur sonus quidam sibilus veluti aquae prope ferventis. Dolores artuum sympathici observantur nulli, palpitatio cordis et lipothymiae rariores.

Diaphragmatitis varia quidem symptomata

cum carditide communia habet, e. g. pulſuum rationem, anxietatem, ſyncopas; attamen pluribus aliis multum ab ea differt. Diaphragmatis inflammationem produnt dolores acuti, vehementes, ſecundum ſepti transverſi decurſum lancinantes, a ſterno ad dorſum lumbosque extenſi, valde exardeſcentes quavis diaphragmatis inflammati contentione ex inſpiratione profunda, tuſſi, corporis motu, vomitu, ſternutatione, ventriculi oppletione, nixu in urina ſedibusque protrudendis, ſitu ſupino, preſſione externa, forſan et deglutitione, plus minusve impedita. Plerumque maturius iam vexant deliria violenta continua, anxietates et inquietudines, riſus Sardonicus, ſingultus vehemens, tuſſis atrox, ſicca, vomitus, convulſiones.

Praeterea diaphragmatis inflammatio multo rarior eſt morbus quam carditis. — *Hepatitis* diſtinguitur a carditide doloribus in regione hepatis calidiore, tenſa, tumida, paſſim ſolito rubriore; dolores illi tactu externo exaſperantur. Discernitur hepatitis doloribus ſympathicis et torpore quodam acromii, brachii, pedis dextri, quamvis et rarius artus ſiniſtri corripiantur; alvus pertinacius clauſa eſſe ſolet; praevalent praeterea ſymptomata gaſtrica; adeſt ſaepius epiſtaxis e naſo dextro; flavedo quaedam faciei, praeſertim circa naſi alas; pulſus tanta frequentia non gaudent, quanta in carditide; gena dextra ſolito laetius rubet; oculus dexter hebetior eſſe

ſolet. Saepius vero diagnoſis haud facile eruitur; e. g. obſervatio, modo enarrata, cadavere diſſecto, hepatitidis uti videbatur vehementis nullum fere veſtigium oſtendebat.

Splenitis, ſaepius aeque fallax et obſcura ac ipſius lienis natura et functio, haud facile ſemper a carditide dignoſcitur, praeſertim ſi lienis pars ſuperior, diaphragmati appoſita cordisque apici vicina, inflammatione corripitur. Ratio pulſuum, qui in ſplenitide ſaepius quidem inaequales et intermittentes, aſt longe tardiores tanguntur, quam in carditide, dolores in regione lienis plerumque obſcuri, preſſorii, rarius acuti, pungentes, hypochondrii ſiniſtri tenſio, interdum et tumor atque ardor; anxietas circa cor non tam horrenda quam in carditide; ſyncopae in carditide ab initio vehementiores, violentaque cordis palpitatio; reſpiratio non tantum impedita, ſymptomatum gaſtricorum farrago, ſapor et ructus acidi, dyspepſia, ſitis vere immenſa alvus modo pertinacius clauſa, modo ſedibus foetidis, atris, fere putridis diffluens, ſaepius et vomitus cruentus et ſanguinis atri fere putridi per alvum eiectio, cephalaea atrociſſima, frontem praeſertim premens, medicum in eruenda diagnoſi adiuvant. Carditidem gravior pectoris oppreſſio, ſplenitidem ſenſus moleſti in abdomine, praecipue in regione lienis comitantur. Attamen ſingulorum caſuum diagnoſis ſummis interdum premitur difficultatibus, neque ra-

rus eſt error, ita ut „*Errare humanum eſt*" facile locum ſibi vindicet. Eiusmodi obſervationem paucis hic enarrabo:

Femina quaedam, quinquaginta et ſeptem annos nata, macra, pallida, doloribus cardialgicis iam pridem vexata, die undevigeſimo Maii a. c., poſt iram vehementem horrore praegreſſo dolores ſentiebat acutos, pungentes ſub coſtae octavae ſiniſtrae parte poſteriore. Dolores illi, inſpirando magis exardeſcentes quam attactu externo, calor, anxietas, vertigines, proclivitas ad ſyncopas, cephalaea ſomnum fugabant. Poſtridie accedebant dolores vagi ab acromio humeri ſiniſtri ad manum usque; ſitus in latere utroque minime erat impeditus; cephalaea aderat atrox, calor modicus, cutis parum ardens, ſitis moderata, pulſus parum aberrantes, per minutum nonaginta, duriusculi, ſuppreſſi; reſpiratio libera, tuſſis nulla, cordis ictus obſcuri, pulſatio epigaſtrica nulla, lingua pura fere ſicca, ſapor ingratus, haud mere amarus, ciborum deſiderium nullum, alvus rite aperta, vomitus nullus. Diagnoſi in dubium vocata, num cordi magis aut ſpleni inhaereret malum, pro ſplenitide plurima e ſignis ſupra enarratis loqui videbantur. Sanguinis unciae duodecim e vena brachii ſiniſtri miſſae, et Natri ſulphurici uncia paulatim ſumta, effecerunt, ut die vigeſimo primo Maii, aegra multo melius ſe haberet. Nocte praecedente inquietudo, ſomnus parcus, ſudor largus, calor

modicus, ſitis nulla, cephalaea atrox; pulſus eiusdem indolis, lingua humidior, flaveſcens; alvus rite aperta. Hirudines medicinales decem dolores omnes prorſus fugarunt, ita ut aegra die XXII. Maii fere convaluiſſe videretur.

Die XXIV Maii denuo vexarunt tuſſis, oppreſſio pectoris, ſitis, aeſtus; pulſus accelerati. Nulla corporis pars prae caeteris doloribus afflicta erat. Porrigebantur Ammonii muriatici depurati drachmae duae Pulveris Radicum Glycirrhizae ſcrupulus unus tertia parte ſingulis diebus ſumenda; veſicatorium thoraci impoſitum.

XXV Maii, tuſſis rara, oppreſſio modica, ciborum appetentia nulla, ſapor amarus, lingua pura; alvus heri iam clauſa, clyſtere ex infuſo chamomillae ſollicitata; abdomen paululum tumidum.

XXVI° Maii Clysmate neglecto, alvus pertinaciter clauſa manſit; flatus alias frequentes, nulli abierunt; veſpere abdomen tympaniticum apparuit; exinde oppreſſio gravior, anxietas, ſyncopae incompletae, ſudores, pulſus frequentes, parvi.

XXVII° Maii: Enema ex largo chamomillarum infuſo, ſedes elicere non valuit, donec repetitum poſtero die, exoptatum effectum praeberet. Herbae Meliſſae et Menthae piperitae ana uncia dimidia porrecta ad parandas infuſiones.

XXIX° Maii ſedes largae depoſitae multum attulerunt auxilium; abdomen minus tumidum,

molle, nuspiam dolens; febris, aeſtus, anxietas fere evanuerant; accuſabat aegrota ſitim perpetuam, et conſtrictionem faucium ſpaſticam; urina parca ſingulis ſaepe guttulis contra aegrae voluntatem mittebatur. Radicum Valerianae, Menthae piperitae aa ℥j.

XXX° *Maii* mutatio nulla fuit conſpicua.

XXXI° *Maii*, aegra, melius ſeſe habere putans, nocte praecedente ſomno fructa erat; urina parcior, oedema pedum nonnullum.

Calend. Iunii. Pedes aperte oedematoſi, frigidi, digiti impreſſionem retinebant; aegrotae ſtatus univerſus peior; horis pomeridianis heſternis et nocte praeterlapſa ſyncopae frequentes, anxietas magna, dolores ſpaſtici in abdomine, pulſus frequentes, parvi, per minutum 100, ſudores univerſales frigidi, manus frigidae parum tumidae; nauſea et cephalalgia nulla; tuſſis rarior; inſpiratio profunda anxia; ictus cordis percipi non poterant. Quum urina miſſa non eſſet, licet veſica repleta tangeretur, cathetere immiſſo, urinae flavae, limpidae, unciae V eliciebantur. Urinae exitus, ſaepius interceptus, at quavis veſicae compreſſione externa acceleratus, praeſentem veſicae paralyſin probare videbatur. — Enema iniectum, fomentationes aromaticae calidae, abdomini impoſitae, veſicatorium largum regioni hypogaſtricae applicitum. Tincturae digitalis aethereae guttae decem quovis bihorio propinaban-

tur. Hora fexta vefpertina aeftus univerfalis et fudores, pulfus minimi, 120. Errore in officina commiffo, aegrae porrigebatur mixtura pro alio aegroto eiusdem nominis parata, e Vini antimoniati Huxhami drachmis duabus, Aquae Florum Sambuci unciis quatuor; dofes quaedam deglutitae naufeam excitaverant. Quum urina non mitteretur, cathetere iterum immiffo, urinae fere viridis ℥x effluebant. Poft clyfterem fedes depofitae; fomnus rarus cum deliriis muffitantibus; pulfus parvi, debiles, artus calidi, fitis vehemens, labia fere coerulea; fitus fupinus valde moleftus, oppreffionem provocabat, erectus iucundior; Infufum Valerianae concentratum propinabatur, veficatorio repetito.

II° *Iunii.* Quum aegrota urinam mittere non poffet, cathetere faepius ingefto, illa emitti debuit; deliria blanda vexabant fomnum; pedes calidi, manus fere frigidae; pulfus parvi, frequentes; alvus clysmate follicitata, involuntarie aperiebatur. Hora tertia noctis a II° ad III^{um} Maii aegra mortua eft. IV° Maii cadaveris diffectio inftituta eft. Abdomen valde tympaniticum, in regione hypogaftrica viride. Pudenda, praefertim labium externum dextrum, oedemate diftenta. In abdomine aperto, aqua nonnulla limpida; peritoneum apparuit infpiffatum, vafis permultis ftipatum, inteftina aëre diftenta, tenuia leviore phlogofi paffim notata, caetera fana; in fuperficie interna, parietis ventriculi anterio-

ris vafcula multa ftellata, cum centro communi duriusculo, fortaffe futuri fcirrhi nucleo; hepar et ren dexter fana; pancreas minimum, molle; in lienis parte inferiore adhaefio membranacea; lien alias fanum; in rene dextro fugillationes nonnullae; vefica urinaria vacua, ipfius vafa luculenter confpicua.

In thoracis cavo aqua largior, limpida; pulmones integri; Pericardium paffim fpiffius quam alias effe folet, cordi nuspiam adhaerens; cor ipfum folitae magnitudinis, flaccidius, externe integrum; ventriculis apertis in valvulis mitralibus apparuerunt excrefcentiae duae criftaeformes, condylomatibus venereis fimiliores; in valvulis tricufpidalibus indurationes quaedam minores; fubftantia mufcularis praefertim ventriculi finiftri erat attenuata, mollis. Cordis apex, digito exploranti tumorem infarctum exhibens, difciffus palam fecit finum quemdam ulcerofum, ex quo materia atro-coerulea, fere purulenta effluebat; remanebat in finu illo maffa fpiffior, uti videbatur reliquiae fubftantiae cordis ex parte corruptae. Subftantia mufcularis utriusque ventriculi, cavum illud abnorme ambiens, tenuior, flaccida, vix unam lineam craffa erat. — Quae quum effent reperta, palam factum eft, aegrotam noftram carditide laboraffe; quamvis enim excrefcentiae illae valvularum iam dudum adfuiffe viderentur, apicis tamen corruptio recentem declarabat originem.

Attamen ſi quis morbos hucusque enumeratos aeque ac aliarum partium nobiliorum inflammationes cum carditide confunderet, talis profecto error, licet medico cuivis ingratus atque odioſus, facile ignoſcendus erit, quod et difficillima eſt diagnoſis, et ipſe error detrimentum magnum aegrotis non eſt allaturus, quum eadem fere methodo omnibus illis mederi oporteat. Multo autem periculoſior eſt error, ſi carditis fallax aliis pro morbis medico impoſuerit; acuta e. g. pro rheumatismo et arthritide febrili, chronica pro hyſteria, hypochondria, aſthmate, quippe quod medicus de morbi natura falſo iudicio favens, facile ſeduceretur ad porrigenda medicamina excitantia, quorum uſus ineluctabilem miſeris contraheret perniciem. Cardititidem ſaepius rheumatismos ſimulaſſe, ſupra [85]) iam pluribus explanavi. Quem in errorem medicum adducere ſtudent dolores illi vagi, ſympathici artuum praeſertim ſiniſtrorum, qui cardititidem frequenter comitantur, et minore quam fas eſt animi attentione explorati, rheumaticis ſimiliores eſſe videntur. Aſt re vera multum ab illis differunt; nam dolores illi filiformes vaſa comitantes per membra decurrunt, ita ut ſuſpicionem foveam, eos in vaſis ſanguiferis ſedere, et e phlogoſi vaſorum originem forſan habere. Reditus ſanguinis ad cor plus minusve impedi-

85) Diſſert. pars I. pag. 102 ſeq.

tus, vafis infauftus effe debet. Rheumatismi contra, articulationes prae aliis vexant nec eandem agnofcunt formam filiformem. Praeterea dolores illi plerumque in artubus finiftris fedem fibi legunt, quam conftanter tenent, rheumatici vero quamque corporis partem affligunt, et hic illic vagantur. Siqua mufculi pectorales rheumatismum patiuntur, impeditus thoracis motus, refpirationem perturbando anxietatem quandam giguit, quae tamen a pectoris oppreffione et anxietate illa peculiari, carditidem comitante valde differt. Dolores in regione cordis faepius tunc urgentes, nec tam profundi funt nec tam molefti. Caeterorum fymptomatum ratio diagnofin faciliorem reddit, dummodo omnia attento animo perpendantur. Aequo more affectiones arthriticae valde diverfae funt a carditide acuta; aft ubi carditis lenta et arthritis mutuum habent commercium, ibi difficilior effe poteft diagnofis. Carditidis praefertim chronicae natura, faepius exploratu difficillima, frequenter feducit medicum, ut hyfteriam vel hypochondriam tanquam caufam moleftiarum fallacium accufet, et quum fyftematis venae portarum perturbationes cum cordis affectione frequentiffime coniungantur, falfa illa opinio ad veritatem propius accedere videri poteft. Pulfus autem ex inopinato accelerati, irregulares, pectoris oppreffio, anxietates, dolores fugaces, ardor, gravedo in regione cordis, interdum tuffis ficca, refpiratio poft corpo-

ris contentiones vexata, anhela, interdum ſyncopae, oedema fugax faciei et circa malleolos praeſertim ſiniſtros iuſtam movent ſuſpicionem de praeſente cordis affectione. Bene igitur ſibi caveat quisque, ne omnes morbos obſcuros et proteiformes nomine incerto hyſteriae, hypochondriae, affectionum rheumaticarum arthriticarum, et aſthmaticarum praemature amplectatur; animo attento perſcrutari quemvis iubeo, annon in ſingularis cuiusdam partis affectione morboſa, moleſtiarum fallacium fons lateat.

§. 9.

Prognoſis.

Quum, quoad morborum prognoſin, omnes conſentiant, variam qua partes afflictae gaudeant, dignitatem compellere ad pronuntiandas varias de ipſarum morbis prognoſes, facillime elucet, inflammationem cordis, uti viſceris nobiliſſimi tantaeque dignitatis, triſtem ſemper aut dubiam ſaltem admittere prognoſin. Quod licet in univerſum ad veritatem propius accedat, multa tamen prognoſin aut meliorem aut peiorem reddere ſolent.

Eo meliorem morbi exitum praeſagiri poſſe, quo mitiorem ille oſtendat naturam, non eſt quod prolixius exponamus. Solius pericardii inflammatio, illaeſâ cordis ſubſtantiâ, ſi modo

certa daretur diagnofis, meliorem fortaffe permitteret prognofin; mera enim pericarditis, licet fatis periculofa atque funefta, tam capitalis tamen non eft quam ipfius fubftantiae cordis inflammatio, quippe quae aegrius diffolvitur, et in pyofin, indurationem, emollitionem aliasque degenerationes fubftantiae terminata, ob interceptam cordis actionem, ad vitam fervandam neceffariam, citam adducit perniciem. — Aegrotorum conftitutio in carditidis prognofi haud parum refpicienda erit. In corporibus validis, plethoricis, iuvenibus, robuftis, magnam quidem plerumque morbus nancifcitur vehementiam et terrentem fymptomatum turbam excitat; nihilominus, adhibita maturius medela prudente, melior dari poterit prognofis, quam in hominibus cachecticis, emaciatis, in quibus morbi languent aeque ac vires naturae medicatrices, ita ut tardiore quidem at ineluctabile fere pernicie deleri foleant. — Carditis acuta, rarius quidem proh dolor! felicem habet exitum; faepius intra primos feptem aut decem dies morte terminatur aut apoplectica et fyncopali ob circulationis iniurias graviffimas, aut oborta effufione nimia, pyofi, gangraena, paralyfi, ruptura cordis. Attamen acuta cordis inflammatio prognofin meliorem permittere videtur quam chronica; quippe quae fere nunquam perfanatur, fed, tardiorem licet, inevitabilem tamen adducit interitum, quum contra de illa prorfus fugata et feliciter perfa-

nata obfervationes fat multae felices occurrant. In carditide acuta, terrente plerumque et turbulenta, citius medici arceffi folent, ita ut medela adaptior iufto tempore morbo opponi queat, dummodo attento animo diagnofis inftituatur; quum chronica contra, tarde atque occulte incedens initio negligi folet, usquedum eo processerit, ut quaevis medicamina artisque auxilia pertinacius deludat.

Siqua inflammatur cor, antea prorfus fanum atque integrum, melior erit prognofis; peffima vero, fi exafperatur inflammatio in corde iam dudum aegrotante; qua via interire folent miferi illi, qui chronica cordis affectione tabefcunt. Typus morbi remittens melioris eft ominis quam continuus. Si quinto aut feptimo morbi die crifes regulares per urinas et fudores apparent, praevia forfan epiftaxi modica e nafo finiftro, cum remiffione fymptomatum, febris deminutione, fi pulfus regulares fiunt et nimiam refpuunt frequentiam, fi anxietates, lipothymiae, oppreffio pectoris, dolores artuum fympathici, refpirationis difficultates, gravedo circa cor fitis ardens, calor in pectore urens fenfim evanefcunt, fi alvus pertinacius claufa rite aperitur, boni ominis. Signa, quae effufionem in pericardium ferofam produnt, crifium falutarium abfentia, horripilationes circa diem quintum et feptimum faepius redeuntes, pondus circa cor, fyncopae graviores, fuffocationis infultus poft quam-

que ſitus mutationem — purificationis obortae indicia? — peſſimi ſunt ominis. Genii, qui ſingulorum temporum morbis dominatur epidemici natura, maximi momenti eſt ad conſtruendam carditidis prognoſin. Cauſarum remotarum indoles haud parum valet in prognoſin. Carditis acuta, poſt violentiam externam modicam oborta, meliorem permittet prognoſin, quam, lenta, chronica, continuis animi perturbationibus iisque triſtibus conflata. Carditis ſimplex longe melior eſt quam complicata; quo plures et quo graviores aliarum partium affectiones cum carditide coniunguntur, eo peior pronuntianda eſt prognoſis. Complicationem carditidis cum febre typhode, variolis, morbillis, ſcarlatina aſthenico paralyticis, peſſimam eſſe, facile liquet, quod talibus in caſibus methodus antiphlogiſtica, quae ſola auxilium propinat et ſolatium, rite et ſatis ſevere adhiberi non poteſt. Inflammatio cordis lenta, chronica, e herpetibus, ſcabie, ſyphilide, arthritide ſuppreſſis orta, mala iubet praeſagia. Attamen complicatio cum ſyphilide tam perniciosa non eſt quam aliis cum cachexiis, quum ars medica contra illam ex parte ſaltem medela polleat efficaciore.

In infantibus et ſenibus, carditidis prognoſis peior eſt quam in hominibus mediae aetatis; illi enim non bene perferunt medelam tam auſteram, quam quae plerumque neceſſario requiritur. Aſt e contrario non omittendum eſt,

apud infantes praefertim anomala inflammationis refidua, facilius diffolvi atquè diffipari quam in adultis.

Carditis ab initio neglecta funeftum habere folet exitum. Cl. *Trecourt* e. g. [86]) omnes aegrotos fanaffe fe narrat, quos primis viginti quatuor horis medela antiphlogiftica aufteriore aggreffus fit; eundem vero morbum, ab initio per triduum neglectum, remedia omnia delufiffe adiicit.

Quamquam fupra iam chronicam cordis inflammationem ominis peffimi effe declaravimus, quaevis tamen illius exafperatio prognofin lethalem non permittit, licet aegroti reftitutionem in integrum aeque parum fperare poffimus. Ea de re in fequentibus nonnulla adiicere in animo eft.

§. 10.

Therapia.

Supereft, ut pluribus exponam rationem, qua carditidi medendum eft. In univerfum carditidis curatio eadem fequitur principia et regulas, quas medici agnofcunt in curandis inflammationibus caeterarum partium internarum nobiliorum. Natura et functio peculiaris cordis, vifceris nobiliffimi, fanguine ditiffimi, fenfiliffimi, modificationes nonnullas exhibet. Inflammatio cordis, cognitionem maturam, et citiffimam medelae

86) Vid. Diff. p. I. pag. 28.

delae adaptae applicationem vehementer expofcit, quippe quod functio partis afflictae intercipi non poteſt, alias licet partium inflammatarum quies ad discutiendas inflammationes plurimum valeat.

Indicatio I.

Cauſas morbi remotas medicum reſpicere oportet. Siqua illae perſiſtant, ſedulo removendae ſunt, dummodo efficere id valeat medicus. Indicationi illi ſaepius proh dolor! ſatisfieri nequit, quia potentiae nocentes, frequenter fugaces, illato damno evaneſcunt, e. g. frigus corpori calefacto incaute inmiſſum, vehementes animi commotiones, potus frigidus corpore calido ſumtum. Interdum tamen cauſae remotae perdurant, e. g. ſuppreſſio haemorrhagiarum, quibus natura adſuevit, ulcerum et exanthematum chronicorum etc. Talibus vero in caſibus, antequam illa aut revocare, aut revocata remediis idoneis vincere ſtudeamus, carditidem eorum ſuppreſſione obortam extemplo medela adapta debellare debemus, ne mora intempeſtiva organismus detrimenti quid capiat. Poſt victum morbum capitalem noſtri eſt, ut mali fontes exſiccemus. Laeſiones thoracis e vulneribus, contuſionibus, ictu, lapſu etc. ſummam ſibi poſcunt animi attentionem, aeque ac illae capitis, qua de re omnes conſentiunt; conſtat enim inter omnes, partium internarum inflammationes exinde

oriundas, tardo pede et occulto facile eousque procedere, ut ab initio neglectae, quodvis poſtea auxilium pertinaciter deludant. Quamobrem melius erit, pectoris laeſiones praeſertim in regione cordis, paulo ſeverius aggredi, quam incauta levitate eas negligere. Contra vulnera cordi ipſi inflicta, plerumque lethalia, unicum auxilium poſitum eſt in audaciſſimis ſanguinis miſſionibus, iisque ſaepe ad ſyncopam usque repetitis. Ill. *Boerhave* [87]) in vulneribus cordis ad lipothymiam usque ſanguinem detrahere iubet, ſagaciter declarans, vivere poſſe hominem et revaleſcere, parciore ſanguinis quantitate in vaſis retenta.

Si vehementibus animi perturbationibus carditis exoritur, tranquillitas animi revocanda eſt, aut quaevis ſpes ſalutis abiicienda. Si frigus corpori candenti immiſſum inflammationem cordis incendit, pernicioſum foret, ſiquis, vigente carditide, ex diapnoicorum uſu ſalutem ſperaret, medelam antiphlogiſticam reſpuens; poſt fractam tandem inflammationem ſudores critici ſalutares provenient.

Indicatio II.

Ad inſtituendam idoneam carditidis medelam, *naturae illius dynamicae* medicus rationem habeat, neceſſe eſt. Plurimis in caſibus

87) Samml. für pr. Aerzte, Bd. IX. S. 569 ſq.

carditis *inflammatoria* seu *sthenica* esse videtur, praesertim si in corporibus iuvenibus, robustis, plethoricis exarsit, vigente genio morborum epidemico inflammatorio, post res nocentes, sthenicae morborum indoli faventes, e. g. frigus corpori calefacto incaute immissum, vehementes animi perturbationes, thoracis laesiones externas, post haustam nimiam potus frigidi quantitatem etc. Nulla alia inflammatio interna tam audacem, severam et celerem iubet medelam quam carditis, quaecunque res nocentes eam provocaverint. Unica salutis spes posita est in sanguinis missione audacissima, largissima, satis frequenter repetita. Cl. *Trecourt* [88]) in carditide epidemica ab ipso observata, tantummodo aegrotum vigesimum quemque amisit; ast primo morbi die quovis bihorio venam secari iubebat, usquedum morbi impetus frangeretur, ita ut virgini intra tres dies e vena septies aperta sanguinis uncias octoginta detraheret. *James Bedingfield* [89]) homini, cordis vasorumque inflammatione correpto, intra duodecim dies sanguinis uncias ducentas et sexaginta felicissimo cum eventu detraxit. Equidem ipse in casu carditidis acutae, postea enarrando, e largissima sanguinis missione

88) Chir. Abh. und Wahrnehmungen, aus dem Franz. von Jos. Eyerel. Leipzig 1777. pag. 304—305.

89) Vid. Dissert. pars I. pag. 87 seq.

felices percepi fructus. Sola ſanguinis miſſio audaciſſima ſpem colligere permittit, fore ut morbus malignus ſubito opprimatur.

Si unquam licitum eſt, ſanguinem ad ſyncopam usque e vena mittere, in carditide erit, ubi ſpes tota in eo poſita eſt, ut nobiliſſimum vitae organicae viſcus defendamus, et morbum ſummopere pernicioſum in partu deleamus. Quo maturius medicus ad aegrotos advocatur, eo felicior promitti poteſt morbi eventus. Venaeſectio prima ſemper largiſſima, audaciſſima eſſe debet. Medici in detrahendo ſanguine timiditas, hoc in morbo praeprimis pernicioſa, enecat aegrotos. Adultis unciae ſaltem duodecim, interdum ad triginta usque, prima vice e vena in brachio aperta mittendae ſunt, usquedum ſymptomata graviora mitigantur. Amplius venae infligendum eſt vulnusculum, ut largiſſima ſanguinis quantitas tempore breviſſimo profluat; nam experientia frequenter docuit, minorem adeo venaeſectionem, dummodo celeriter ſanguis eliminaretur, longe efficaciorem eſſe, quam multo largior, in qua ex apertura venae nimis anguſta tardus provenit cruor. Syncopa inter venaeſectionem aegrotum corripiens, medico metum non iniiciet, dummodo de morbi natura bene ſibi perſuaſerit; attamen ne illa praemature impediat, quominus ſufficiens ſanguinis quantitas detrahatur, ſitu aegroti horizontale diutius eam arcere licitum eſt. Sanguinis miſſio quavis hora quarta

vel fexta repetenda eft quoties fymptomata carditidis denuo exafperantur. Infantibus, quibus venae ob exiguitatem aperiri non poffunt, fat larga fanguinis quantitas detrahi debet ope hirudinum.

Numerus duplex annorum aegroti, iuftum plerumque hirudinum numerum indicabit. Pueris feptem annos natis equidem venam fecavi, optimosque exinde collegi fructus; nec miratus fum ea de re, quum procul dubio fit, venaefectionem modicam femper multo efficaciorem fore, quam lenta illa — licet largior — fanguinis detractio, hirudinibus inftituta; praefertim in carditide, quae circulationis centrum proxime aggreditur. Infantibus etiam fine ullo timore fat larga fanguinis quantitas detrahi poteft, ipfi licet tam audaces non bene patiantur venaefectiones quam adulti, pro varia variae aetatis ratione. Egometipfe e. g. puero feptem annorum, qui carditide vehemente laborabat, fanguinis uncias duodecim e vena brachii finiftri mifi; et adiecto paulo poft largo hirudinum numero, aliorumque medicaminum antiphlogifticorum ufu, brevi tempore feliciter revaluit. Qua de re equidem data occafione fine ullo dubio infantibus venam fecabo. — Senibus, qui — quod rarius fieri folet — carditide corripiuntur, vena aperienda, et fat larga cruoris copia detrahenda eft; hoc enim morbo correpti, venaefectiones neceffarias bene perferunt. Aliorum morborum analogia hoc fuadet.

Illuſtr. *P. Frank* 90) ſeni octogenario, per *novem* venaeſectiones, periclitantem in graviore peripneumonia vitam conſervavit. —

Venaeſectionum numerus, ſanguinisque detrahendi quantitas, violentiae morbi, genii epidemici naturae, tempori quo inſtitui illae coeperunt, temperamento, aetati, ſexui, viribus, ac demum ipſi huius auxilii effectui, reſpondeant oportet. Paucae ſub ipſo morbi initio inſtitutae venaeſectiones non raro morbum citiſſime diſcutiunt; ſed, plurimum iam provecta inflammatione, niſi plurimus ſanguis audaciſſime mittatur, vel mortis ſubitae, vel exituum funeſtiſſimorum pericula inſtant. Lipothymiae in carditide ſaepius vexantes, pulſusque debiles, frequentiſſimi, irregulares, intermittentes a venaeſectione minime deterrent, ſed potius alacrius ad illam compellunt, ſi modo de vera cordis inflammatione conſtiterit; nec quae aut adeſſe videtur, aut re vera adeſt conſtitutionis debilitas, largam ſanguinis miſſionem debet prohibere, quin aegroti morte praecipite tollantur, vel patiantur morbos ſecundarios, morte ipſa millies crudeliores.

Sanguis fuſus facile praeterea reſtituitur, et ſiqua timendum ſit, ne vita debilior morbum atrocem ac neceſſario auſteram ipſius medelam inſequatur, conſervatio vitae licet infirmioris

---

90) Epit. de cur. homin. morb. lib. II. pag. 161.

morti certae praeferenda erit. Nec diarrhoeae, vomitus biliofus vehemens, ftomachique oppreffio, e vifcerum abdominalium affectione fympathica vel inflammatione cum carditide coniuncta orientes, a venaefectione, quae faepius et illis conftituit remedium, deterreant. Sub ipfo catameniorum, lochiorum, haemorrhoidum fluxu, in gravidis et puerperis, fi morbi inflammatorii venaefectionem iufferint, medici utplurimum pedum venas fecari volunt; attamen quum illae minores effe foleant, quam quae neceffariam in carditide fanguinis detrahendi quantitatem fatis celeriter fundere valeant, abiecto omni metu brachiorum venae aperiendae funt. Saepe vero dolores, febris, aliaque fymptomata, prima venaefectione augeri potius quam imminui videntur; quae tamen repetito frequentius auxilio, poftea fugantur. Sanguinis emiffi conditio de venaefectione aut repetenda aut omittenda certiores nos facere haud valet; licet enim illius color, firmitas, et crufta pleuritica in ipfo apparens, factam de morbo diagnofin aliquatenus confirment, haec ipfa venaefectionis alia per figna iam fatis indicatae neceffitatem non imminuunt. Saepius enim fanguis prima venaefectione eliminatus nec coagulatur, nec cruftam oftendit inflammatoriam, fed mollis remanet et liquidus; nihilominus morbi exafperatio repetitas requirit fanguinis miffiones; tertia contra vel quarta venaefectio fundit cruorem tenaciffimum, crufta denfa

obductum; at hoc ipſum repetendae operationis ſat firmum non largitur argumentum. Silentio praeterire non poſſum opinionem illam falſam et perniciofam, inflammationes viſcerum, praeterlapſis primis quinque vel ſex diebus, ſanguinis detractiones non amplius ſine damno permittere, quippe quod ſuppuratione aliove inflammationis exitu iam ſemper tunc factis, nullum non ſolum auxilium, ſed damnum adeo maximum exinde proveniat. Ill. *P. Frank* [91]) in tractatu de pneumonia praeclariſſimo haecce declarat: „Serius vero hoc in morbo, ac undecima etiam „die, tardiusque ad venaeſectiones frequentes „interdum, ac ſine ulla dierum, quos criticos „vocant, niſi verae nunc criſeos ſigna comparerent, habita ratione, recurrimus; plurimosque „certe, quos iam ſuppuratos, vel morti vicinos „eſſe dixerunt, ſine ulla ad pectus labe feliciſſime reſtituimus." Eadem de carditide cogitare fas eſt, ita ut equidem putem, ad diem decimum quartum usque ſanguinem cum fructu detrahi, licet inficias non eam, venaeſectionum illarum ſeriorum efficaciam multo minorem eſſe et ſaepius incertam. Praeterea carditis acuta, vehemens, ab initio plane neglecta, mortem praecipitem adducendo, parcet medico, ne haereat dubius et incertus; ſin autem aegrotus primis diebus mortem elapſus eſt, ſerius adeo ſuſpenſa

91) l. c. lib. II. pag. 161.

manu ſanguis mitti debet, dum medicus auxilii effectum accuratius examinat. Uſus remediorum fortius excitantium, ad quem ſumma uti videtur virium deiectio, pulſus parvi, frequentes, intermittentes, lipothymiae, oedema circa malleolos et in facie facillime invitant, vehementer abiiciendus eſt; nam adiectum igni ſub cinere latenti nutrimentum, flammam movet atrocem, et ineluctabilem aegroto contrahit perniciem. Medendi ratio, eiusmodi caſibus triſtibus adapta, illi ſimilior eſt, quam carditidi chronicae, vel novae inflammationi cordis iam pridem afflicti opponere debemus. De qua in ſequentibus ſermo erit. —

Eſt interim et huic demum auxilio modus finisque ponendus pro varia cauſarum indole, pro morbi gradu et vehementia in conſpectum veniente, pro varia conſtitutionum ratione, ne vel neceſſarias ad criſin ſalutarem vires petulanter diſſipemus, vel aegrotantem in hydropem periculoſum coniiciamus; qui tamen hic frequentius omiſſae quam nimium repetitae venaeſectionis effectus eſt. Iterum vero moueo, venaeſectionem nunquam eſſe negligendam, quamvis aegrotorum conſtitutio debilior, morbus ipſe poſt laeſiones thoracis obortus, levior mitior videatur. Etenim cordis inflammationes, encephalitidis dolum niſi ſuperent, ſaltem exaequant. Quamobrem ſi poſt vehementes contentiones corporis, pulmonum, poſt ictus, lapſus, contuſio-

nes thoraci inflictas cordis oriatur affectio, summa medelae austeritas requiritur. Detracta sat larga sanguinis quantitate, tranquillitas in cubili perfecta, regimen et medicamina antiphlogiſtica, potus et victus aquosi commendari debent. Qui convalescunt aegroti, temperantiam summam quavis in re observent oportet.

Carditis post vehementes animi commotiones oborta, sanguinem audacissime mittere iubet, sicuti totus status hominum ita afflictorum refrigerationem exposcit. Post unam alteramve venaesectionem frangitur interdum ex parte morbi violentia; mitigantur febris, gravioraque inflammationis signa; urgent tamen dolores in regione cordis et localis — ut ita dicam — cordis affectio. Hoc in casu ac sub venaesectionis, ob virium decrementum, dubia quidquam indicatione, locales sanguinis detractiones, hirudinibus, cucurbitulis, scarificationibus institutae, praeclarum afferunt auxilium. Venaesectionibus insane omissis, illorum vis plane irrita est; sin autem post fusum sanguinem e vena sat multum febris minuitur, pulsusque liberiores tanguntur, regulares, minusque frequentes, si anxietas mitigatur, syncopae evanescunt, tunc celerrimum ac praestantissimum afferunt praesidium. At ne inanem cum illis ludas lusum, cave, vehementer cave! — Adultorum thoraci hirudines magnae duodecim ad viginti quatuor usque, vel aequalis cucurbitularum numerus imponantur oportet.

Sanguinis e vulneribus effluvium, remotis animalibus et ſatiatis, per horae dimidium vel horam, ſpongiarum tepidâ imbutarum ope promoveatur. Hirudines in ea prae aliis cordis inflammatione prodeſſe videntur, quae e laeſionibus externis originem traxit.

Nec tamen omne ſemper in ſanguinis miſſione poſitum eſt ſubſidium; ſed et alia, quae contra inflammationes, febrimque inflammatoriam laudantur remedia, in uſum hic vocanda ſunt. Noli vero opinari, medicamina illa antiphlogiſtica, venaeſectiones unquam compenſare vel ſupervacaneas reddere. Inter medicamenta antiphlogiſtica prae aliis valet *Kali nitricum depuratum*, quod poſt primam venaeſectionem a drachma dimidia ad drachmas duas per diem porrigi poteſt.

Quanquam nonnulli doſes longe largiores propinare ſuadeant, ita ut intra viginti quatuor horas Kali nitrici unciam et quod excurrit adeo ſumi velint, ego tamen conſilio illi forſan incautiori neque confidendum, neque obediendum eſſe cenſeo, quum una ex parte tantis doſibus non indigeamus ad compeſcendam vaſorum actionem, altera vero ex parte conſtet, nimias Kali nitrici quantitates, cardialgias, imo gaſtritidem excitaviſſe.

Potulenta refrigerantia, mucilaginoſa, e. g. decocta Radicum Althaeae, hordei, avenae decorticatae, quorum libris duabus adiiciuntur aut

Kali nitrici depurati ʒij, et Oxymellis ſimplicis ℥j, aut ſucci citrici ℥j, vel acidi tartarici ʒj, Sacharique albi ℥ij optime per diem haurientur.

Salia neutralia et media, alvum aperientia magnam habent utilitatem, optimumque cum Kali nitrico ineunt connubium. Pulveris e. g. e Natri ſulphurici vel Magneſiae ſulphuricae ℥j, Kali nitrici ʒij, cochlearia minora tria vel quinque per diem ſummo cum fructu porriguntur. Tartari depurati ℥j, Sachari albi ʒvj, Olei del Cedro gtt. vj ſuaviorem exhibent formulam, paulo licet debiliorem.

Clyſteres emollientes blandi, e decocto hordei, Herbae Malvarum, infuſo florum chamomillae, cum olei lini uncia, ſuum facient ad aperiendam alvum. Clyſmata, e duabus partibus aquae frigidae, tertia aceti, plurimum valent et ad movendas ſedes, et ad fugandum calorem immodicum. Libera vero ſedium depoſitio in carditide aeque ac in caeteris morbis inflammatoriis ſummi eſt momenti, fortioribusque medicamentis purgantibus promovenda, ſiqua pertinacius alvus ſit clauſa, ita ut pulvere Radicis Jalappae cum Hydrargyro muriatico mite uti liceat ad eliciendas ſedes tres quatuorve intra viginti quatuor horas.

Nec timendum, ut aegrotantes e purgantium uſu detrimenti quid capiant, quod multi opinati ſunt, qui aliorum auctoritati incertae magis confidebant, quam obſervationi ſanae atque ingenuae.

Alvi obſtructionem vehementer circulationem perturbare, facile cuique perſuaſum eſt; quidni igitur remediis idoneis illi occurremus?

Diarrhoeae effrenes, quae comitantur interdum cordis inflammationem, praeſertim cum viſcerum abdominalium affectione complicatam, venaeſectione ſine periculo refrenandae, Salium, reliquorumque medicamentorum antiphlogiſticorum uſum minime prohibent, moderatiorem licet illum iubeant; omnia vero remedia narcotica et adſtringentia, quae ſecretionem in inteſtinis ſubito ſupprimere valeant, vehementer abiicienda ſuadent, quod irreparabile aegrotis afferunt damnum. Contra ſymptomata nonnulla in carditide graviora et prae aliis moleſta, e. g. anxietatem, ſyncopas, vomitum blioſum vehementem, remedia ſpecifica non dari, facile liquet; idonea morbo medendi ratio, et illis fert ſubſidium. Attamen ne ipſe medicus, iuſtiſſima contemtione pertinaciore analepticorum, quae ab aegrotorum amicis ſaepius valde commendantur, inducat illos ut clandeſtine porrigant eiusmodi medicamina pernicioſa: melius profecto erit, ſi medicus leniora quaedam et ſaltem haud noxia propinat auxilia. Hunc ad finem inter anxietatis acceſſus balnea artuum tepida, infuſum florum tiliae, chamomillae, herbae Verbaſci, pulvis e Zinci oxydati albi granis quibusdam et oculis cancrorum, Magneſiae carbonicae Sacharive albi pauxillo, vel pulvis aērophorus

e Natri carbonici, Sachari albi āā ℥j, Acidi tartarici ʒß, refracta dofi fumtus, fufficient.

Inter haec, vera medendi ratio neutiquam negligenda eft. — Quae laudantur ad discutiendam inflammationem fomentationes et kataplafmata calida, emollientia, e herba Malvarum, Hyofcyami, Cicutae, Belladonnae, radicibus Althaeae, floribus Chamomillae, feminibus Lini parata, in illis praefertim cafibus commodum praebere videntur, ubi bronchitis vel peripneumonia cum cordis inflammatione coniuncta eft. Idem et de vaporum tepidorum, blandorum infpiratione cogitandum erit. Adhiberi poffunt inunctiones unguentorum, eorum inprimis, qui mercurium continent. Poft fractum primum morbi impetum, fuperfunt faepius anxietas, oppreffio, febris, pulfus parvi, irregulares; urina mittitur parca, turbida, iumentofa, fedimentum multum rubrum deponens. Oborta itaque effufionis fufpicione, Hydrargyri muriatici mitis gr. j — ij cum Magnefiae carbonicae gr. v vel Sachari albi ℈ß quovis bihorio porrecta, magnam habent utilitatem. De egregii illius remedii ufu, Cl. *Hamilton* [92]) nuper certiores fecit medicos. Non eft quod timeamus diarrhoeam leviorem, fub Calomelanos ufu faepius orientem. Ubi hepatitis cum carditide complicata eft, Calomel praeftantiffimum affert auxilium. Ad vincendam

---

92) Medic. Comment. Bd. IX.

phlogofin fuperftitem, maxima cum utilitate fumitur Ammonium muriaticum depuratum, cuius drachma dimidia vel drachma per diem propinatur, in aqua foluta, addito fucci Liquiritiae pauxillo, vel in potulentis mucilaginofis, et emulfionibus amygdalarum dulcium, feminum lini, papaveris, vel in pulvere cum Magnefia carbonica, fucco Liquiritiae. Medicamentum illud praeclariffimum, quod mitiore pollet vi antiphlogiftica, conducit praecipue ad eliciendos fudores criticos; quamobrem eo praefertim tempore fedulo porrigi debet, quo crifes falutares morbum iudicare incipiunt. Poft fractam bono in cafu carditidis violentiam, ope remediorum antiphlogifticorum feveriorum, remanet faepius nimius vaforum erethismus, cum fiti vehemente, calore molefto, pulfibus frequentibus, parvis, celeribus, fomno inquieto, cephalaea. A fanguinis miffione nihil tunc erit fperandum; medicaminibus potius fedantibus nobis opus eft. In ufum vocentur acida mineralia, quorum guttae decem vel quindecim multa cum aqua permiftae, quater per diem hauriantur. Mixturae fulphurico-acidae ℥ij (Pharmacopaeae Borufficae) cum Syrupi Rubi Idaei ℥j, aquae fontis quantitati fufficienti ad faporem acidulum gratum usque adiecta, potum fuavum et utilem praebent. Ufus Digitalis purpureae, vigente inflammatione dubius atque periculofus, nunc iam inftituendus erit ad compefcendam erethicam vaforum actio-

nem, et promovendas urinas criticas aeque ac reſorbtiones fluidorum exſudatorum. Pulveris herbae Digitalis purpureae gr. ij — vj per diem adultis propinare licet; pueris medicamenti illius doſes minores ſuspenſa manu porrigantur oportet.

Cl. *Davis*[93]) maturius quam ſine periculo fieri poteſt, Digitalis uſum iubere videtur. Quae idem ille declarat de uſu herbae Nicotianae et hepatis ſulphuris volatilis, (hepatized ammonia) veluti medicaminum ſedantium, cordis et arteriarum actionem nimiam diminuentium: ea dubia mihi videntur et incerta, quum medicaminum illorum laudes, obſervationibus felicibus omnino ſint deſtitutae. Equidem praeterea pulverem herbae Digitalis purpureae, eiusdem tincturae praefero. Medela idonea rebus aliis multis adiuvari debet. Perpetua animi corporisque tranquillitas, potulenta larga, aquoſa refrigerantia, cibus parcus, vegetabilis, aër frigidiusculus, remotio eorum omnium, quae ſenſus vehementer excitant (uti e. g. lux ſplendida), ſummopere neceſſaria ſunt. Nec accedant multi homines ad aegrotum, nec loquendo, clamando, vociferando aeger exhauriat vires languentes. Cavendum eſt, ne praemature viam illam deſeramus, porrectisque remediis excitantibus, roborantibus, analepticis, omnem medelae fructum delea-

93) l. c. p. 101 ſq.

deleamus. Quae aut adesse modo videtur, aut re vera adest aegrotantium debilitas, ad errores tales facile seducit; nihilominus medicamina omnia excitantia, vigente cordis inflammatione porrecta, venenorum malignitatem exaequant. Quamobrem equidem persuasum mihi habeo, stimulantem illam febribus medendi rationem, quae temporibus nuperrimis tantum proh! dolor praevaluit prae veterum blanda, refrigerante, diluente, aegrotos innumeros e vita stimulavisse. Medicamina in praecedentibus enumerata, vario morbi tempori et vigori esse adaptanda, non est quod pluribus exponam. — Si morbus, prudentissima medici auxilia deludens, invictus progreditur, aegrotorum status magis magisque in peius vertitur. Ipsa symptomatum mitigatio tunc aeque difficilis est, ac aegros tenet ardentissimum illius desiderium. Quamvis ars medica talibus sub conditionibus funestis nihil fere valeat, mihi tamen iniustum videtur, talia admovere medicamina, quae, mitigent licet molestias, hebetando aegrotantium perceptionem, celeriorem forsan adducunt mortem. Huc opiatorum usus revocandus videtur. Irruentem in partem afflictam paralysin et texturae corruptionem, minitantemque exinde totius organismi perniciem, medicamina roborantia nec prohibent quidem plerumque, nec arcent destructionem localem; attamen in illis unicum tunc positum est subsidium, additis inunctionibus roborantibus balsamicis. Siqua

morbi decurſus nos doceat, ſuppurationes, eroſiones, exſudationes largas obortas eſſe, vaſorum reſorbentium actionem incitando, ſtatum illum peſſimum corrigendi periculum faciamus. Mercurii dulcis, Digitalis purpureae, Radicis Squillae eiusdemque extracti gr. j — ij ter per diem porrecta, remedia roborantia, praeſertim cortex peruvianus, ſerum lactis vinoſum, caeteraque multa adhibenda erunt, at parum ex eorum uſu ſperandum.

Sin remediorum potentia carditidis violentiam debellavit, epiſpaſticorum in thorace aliisve locis applicatio ſummae eſt utilitatis ad hoſtem plane profligandum. Praematura autem eorum impoſitio cane peius et angue vitanda eſt. Quamdiu enim inflammatio vehementer urget, alacrior illa vaſorum excitatio, quam epiſpaſtica provocant, valde periculoſa et pernicioſa eſt, peſſimam ſaepe inflammationis recidivam gignit, totiusque medelae effectum delere poteſt, quod Cl *Pringle* in libro ipſius praeclaro: On the diſeaſes of an army, optime expoſuit. Quamobrem ſub inflammationis decremento locum ſibi habent, ſaluberrimumque tunc afferunt auxilium. Siqua celeriore indigeamus excitatione, ſinapiſmis uti poſſumus; ſin permanentem, fortem cupiamus, ad unguentum Tartari ſtibiati — Pharmacopoeae Boruſſicae — et veſicantia recurramus. Unguenti illius acris ſcrupulus vel drachmae dimidium per diem illini poteſt, ut largius proveniat ex-

anthema peculiare. Veficatoria, ubi re vera indicata funt, audacter adhiberi debent; emplaftri igitur cantharidum ʒij—iv, fupra linteo quatuor vel fex pollices longo latoque expanfae, ei prae aliis loco admoveantur oportet, quo dolores maxime urgent. Laticis ferofo-lymphatici e cute fauciata effluvium, per aliquantum temporis bene fuftinetur. Ex ufu epifpafticorum plurimum fperare licet, ubi caufarum morbi rheumaticarum vel arthriticarum fufpicio adeft. Infrictiones linimenti ammoniati cum camphora et opio faepius multo cum fructu inftituuntur.

Simulac bono in cafu crifes falutares apparent, medicaminibus adaptis eas adiuvare medici eft.

Infufa tepida florum Sambuci, herbae Meliffae, Menthae; Camphorae, Sulphuris ftibiati rubei et aurantiaci grana j—iij aliquoties per diem fumta, Ammonii muriatici depurati, pulveris Doveri ufus hunc ad finem conducent.

Qui poft factas crifes felices convalefcere incipiunt, iis medicamenta roborantia fuspenfa manu porrigenda funt. Nulla fere convalefcentia tantam et medicaminum et totius victus temperantiam iubet; inprimis omnes animi commotiones fedulo vitandae funt, aeque ac immodicae corporis contentiones. Quaecunque fanguinis circulationem perturbant, follicite ab aegro arceri debent. Animi corporisque tranquillitas, aër purus, rure inter amicos hilares infpiratus, mo-

tus corporis modicus, viribus labefactatis adaptatus, victus nutriens, e. g. lactis optimi ufus largior, melius forfan quam medicamenta roborantia valetudinem graviffime afflictam reficient.

Afthenica carditidis indoles, vario modo differt. Inflammatio cordis idiopathica, genuina, rariffime afthenica effe videtur, nifi in hominibus emaciatis, cachecticis, tabidis, praegreffis caufis quae afthenicae morborum naturae favent, uti affectiones animi deprimentes, fuppurationes profufae, lues, etc.

Quamquam in triftioribus eiusmodi cafibus univerfam corporum conftitutionem prae aliis confiderare, et manu fuspenfa medelam antiphlogifticam adhibere nos oporteat, primum tamen morbi ftadium, quo affectio inflammatoria localis praevalet et capitalis eft, unicum habet fubfidium in remediis antiphlogifticis. Nec licet tunc quidem declarare ut in carditide acuta inflammatoria: „vitae fortem unicam ex cufpide haerere lanceolae;" at detrahendus tamen eft fanguis, ne afflictum vifcus nobiliffimum derepente obruatur. Venaefectiones vero moderatiores manu cauta inftituendae funt, et raro repetendae, nifi eximia earum utilitas hoc iufferit.

Habita ratione conftitutionis, vehementiae morbi, et temporis quo illius curatio inftituitur, medicus certior fiet, quantum fanguinis e vena mitti debeat, facileque fibi cavebit, ne laticis nobiliffimi quantitate nimia abiecta, aftheniam

periculofam ad gradum funeftum usque augeat, et vires ad crifes falutares neceffarias petulanter diffipet. Interdum ftadium illud inflammatorium tam lene eft, ut folae hirudines numero largiore cordis regioni impofitae, plane fufficiant. Poftea ufus Kali nitrici, ammonii muriatici, falium, mercurii dulcis haud negligendus eft; remedia fortiora excitantia, praemature propinata, venenis fere non funt meliora. Regimen mite antiphlogifticum, medicamina porrecta adiuvet. Sitis febrilis, faepius vehemens optime reftinguitur aqua pura; cuius tantum dari debet, quantum ipfi aegroto libitum fuerit. Neutiquam vero auctor effem, ut plus liquoris ingeratur, quam aut cupiat, aut ventriculus facile ferat. Sin aqua nimis fatua videatur, licebit in ea diffolvere oxymel fimplex, confervam ribefiorum, fuccum citricum cum facharo et varios fyrupos, vel in eam inmittere poma affa vel cruda concifa, meliffam, mentham, aut panem toftum. Eodem valet aqua, in qua femen farinaceum, hordeum decoctum eft, vel cum qua contrita funt femina oleofa, item lac aqua mixtum. Quae omnia, et alia huius generis multa, vix mutant aquam, nifi quod faporem illi gratiorem conciliant. Magnam quae fub morbi decurfu apparet, imbecillitatem, praefertim in hominibus erethicis, irritabilibus, gracilibus, comitatur faepius erethismus vivax, moleftus, cum doloribus acutis, vertigine, lipothymiis multis, anxietate et

inquietudine magna, agrypnia, tuſſi ſpaſtica, moleſta, vehemente palpitatione cordis, pulſibus frequentibus, tenſis, inanibus, urina aquoſa. Tunc opus nobis eſt medicamentis temperantibus, ſedantibus. Porrigantur Acida mineralia, Calomel cum doſibus refractis Tartari ſtibiati et pulveris Radicis Ipecacuanhae, Digitalis purpurea, infuſa florum Chamomillae, Sambuci, ſeminum Foeniculi, Aniſi ſtellati, herbae Meliſſae, radicum Valerianae, flores Zinci, Camphora, Crocus, Extractum Hyoſcyami, Lactucae viroſae, Moſchus. Uſus opii, ob violentam vaſorum excitationem et pertinacem alvi obſtructionem, quam medicamen illud producit, in carditide dubius et periculoſus eſſe videtur, facileque ab eo abſtinendum, quum alia ſat multa auxilium promittant. Interdum multo cum fructu aegrotantes in balnea tepida demittuntur; prudenter vero cavendum, ne ex frigore corpori aeſtuanti immiſſo, detrimenti quid capiant. Proſunt praeterea cataplaſmata emollientia, anodyna, thoraci impoſita, e floribus Chamomillae, herba Cicutae, Hyoſcyami, Belladonnae; infrictiones linimenti ammoniati cum camphora et opio; inſpiratio vaporum blandorum. Sub decremento inflammationis, epiſpaſtica fortiora, ſinapiſmi, unguentum Tartari ſtibiati et mercuriale cum camphora et opio, veſicatoria, ſetacea utiliſſima ſe praeſtant. Convaleſcentium vires exhauſtae reficiendae quidem erunt medicamentis roborantibus; attamen

quaecunque fortius excitant fyftema vaforum, circumfpecte adhiberi, et fere vitari debent, ne quam modo profligavimus, inflammationem iterum incendamus. Infufa et decocta herbae Cardui benedicti, Tuffilaginis farfarae, Trifolii fibrini, Centaurei minoris, Millefolii, Radicum Taraxaci, Polygalae amarae, Corticis peruviani, Lichenis Islandici; aromata leniffima; poftremo aut limaturam Martis, aut Tincturam ferri pomatam et Ammonium muriaticum martiatum commendaverim. Recta autem victus ratio eft caput rei in recuperanda valetudinis integritate. Quae fupra iam laudabantur praecepta de victus ratione poft debellatam carditidem acutam, inflammatoriam, ea et initio obfervanda funt cuivis convalefcenti poft victam feliciter afthenicam cordis inflammationem. Perfecta animi corporisque tranquillitas, contentionum corporis nimiarum evitatio, motus temperati, modici, aër purus, mitis, rure apud amicos hilares dilectos infpiratus, fomnus nullo modo perturbatus, balnea roborantia tepida, deinde frigidiuscula, circumfpecte inftituta, equitatio vel vectio modica, cauta, profecto faluberrima funt. Qui revalefcunt, initio optime fruuntur quantitate largiore lactis afinini, caprini, vaccini, fero lactis vinofo, ovis, iusculis tenuioribus; pofthac gelatinis, carnibus gallinarum, columbarum, vitulinis, aut coctis aut affis, cum pane optimo candido, ficco. Carnes nimium pingues vitandae funt, quod ven-

triculus eas haud facile ferre ſolet. Tuta erunt quaecunque in hortis et agris coluntur, ſi excipiamus ea, quae vehementer acria aut aromatica ſunt. Praeterea hauriri poſſunt aut cereviſiae optimae, aut aqua fontana, pura, cui vini generoſi pauxillum prudenter adiicere licet. Irritationes vehementes cordis vaſorumque, perturbationibus animi, contentionibus pulmonum immodicis e curſu, cantu, clamoribus, vociferatione, frigore corpori aeſtuanti incaute admiſſo, intemperantia vini etc. ſummopere periculoſae, ſedulo vitari debent, ne morbus atrox revertatur. Sin morbus recidivus urgeat, eadem ratione debellandus erit, quam quae prius commendata eſt. Recidivarum curatio eam plerumque ad methodum appropinquat, qua contra carditidem aſthenicam utimur.

Quae modo expoſui conſilia, ea in tractandis chronicis cordis morbis ſaluberrima ſunt. Carditis enim chronica, inprimis ſi dilatatio cordis aneurysmatica exinde oboritur, plurimaque vitia cordis organica, repetitis inflammationis acceſſibus lethalia fieri ſolent. Acutam adeo inflammationem cordis, clandeſtinas ſaepius inſidias parare, ſupra iam pluribus comprobavi; chronicae fere ſemper hoc proprium eſt. Repetitos illos inflammationis inſultus, ad cordis dilatationes interdum accedentes, ſemper funeſtos, Cl. *Ferriar* optime quidem deſcripſit; attamen erraviſſe videtur, ſiquidem ſymptomata tunc con-

ſpicua e ſola dilatatione ſubito adaucta explicare ſtudet, neglecta vera eorum origine e nova inflammatione. Pulſus ex inopinato febriles accelerati, oppreſſio et anxietas increſcens cum doloribus obſcuris vel fugacibus, acutis, thoracem transverſe percellentibus, iuſtam movent ſuſpicionem de exorto ſtatu tali triſtiore. Hoc in caſu, aeque ac ubi ad vitia cordis organica (quae perpetuum quaſi inflammationis focum nutriunt) nova acceſſit phlogoſis, ſub prognoſi peiore instituenda eſt medela ſubtilior, illi plerumque ſimilior, quam contra carditidem aſthenicam commendavimus. Venaeſectiones modicae, parvae, plurimum valent ad compeſcendum morbum. Medicamina excitantia, inprimis opium nocere ſolent, quod et auctoritas Clariſſimi *Burns* confirmat. Nec mirum eſt, remedia illa nocuiſſe, quum credere fas ſit, vitalitatem in corde iam dudum aegrotante ſuperſtitem, ſtimulis illis fortioribus facile prorſus conſumi. Cl. *Jurine* [94]) nuperrime concinnavit libellum praeſtantiſſimum, in quo comprobare ſtudet, contra morbos cordis chronicos omne auxilium petendum eſſe ex uſu medicaminum roborantium, excitantium. Auctoris illuſtriſſimi celebritas atque prudentia, omnem ſuſpicionem removent, ipſum ſine ullo iure talia propoſuiſſe. Hanc ob cauſam ita rem

94) Mémoire ſur l'angine de la poitrine. Paris 1815.

intelligi poſſe cenſeo. Reperiuntur paſſim in corde hominum deſtructiones graviores, quin illi moleſtias atrociores ſuſtinuerint; aliorum contra ſummopere vexatorum corda, poſt mortem accuratius examinata, nihil fere, aut leviores tantum degenerationes oſtendunt. Quae res profecto mira, nullo alio modo explicari poſſe videtur, quam ſi accipiamus, univerſi organismi energiam, apud varios variam, unius partis, nobiliſſimae licet, calamitates aut mitigare et compenſare, aut exaſperare et reddere periculoſiores. Solus igitur roborantium uſus ita ſubſidium afferre videtur, ut fulciendo corporum vires univerſales, plus minusve exhauſtas, impediat cordis morbum, ne totum organismum ſecum in perniciem trahat, quum contra methodus ſupra laudata, additis veſicatoriis perpetuis, ſetaceis, ipſum cordis morbum diſſipare, et profligando viſceris nobiliſſimi affectionem, valetudinem integram reſtituere ſtudeat. Quoties vero vitia cordis organica nimis pertinacia, ſanationem radicalem deludunt, nec eam ſperare quidem permittunt, vita aegrotorum imbecillior remediis roborantibus ſuspenſa manu propinatis, fulciri debet, licet et ſub conditionibus eiusmodi triſtioribus venaeſectiones parvae, interdum repetitae, eodem tempore multum proficiant, quippe quae, diminuendo ſanguinis molem, cordi promovendam, illius vi debilitatae via indirecta ſuccurrunt. Aegrotos, morbo cordis chronico

affectos, haud aegre perferre ſanguinis detractiones parvas, ſaepe repetitas, comprobare videtur obſervatio, a *Kinglake* [95]) narrata, ſecundum quam tali aegrotae e vena intra duos annos trecenties et duodecies ſecata ſanguinis unciae quatuor multo cum fructu miſſae ſunt.

Indicatio III.

Ratio habenda eſt morborum variorum, qui cum cordis inflammatione paſſim coniunguntur.

Complicatio carditidis cum inflammationibus aliarum partium, inprimis pleurae, pulmonum, tracheae, bronchiorum, quae ſemper ominis peſſimi eſt, antiphlogiſticam medendi rationem audaciſſimam inſtituere iubet. Coniuncta inflammatione cordis cum hepatitide, poſt ſanguinem et e vena miſſum, et hirudinibus cordis hepatisque regioni impoſitis detractum, ex uſu Mercurii dulcis plurimum ſperandum eſt. Fracto deinde inflammationis impetu, veſicantibus, et inunctionibus unguenti hydrargyri cinerei, perfecta inflammationis diſſipatio adiuvari debet. Viſcerum ſecernentium inflammationes, profuſa plerumque ſecretione ſolvuntur. Qua de re poſt victam iecinoris inflammationem nimia bilis (interdum perverſae) copia in inteſtinis accumulatur, quae purgantibus lenioribus, imo et emeti-

95) London med. Journ. 1789. Vol. X. pag. 342. Samml. f. pr. Aerzte. Bd. X. Stck. 3.

cis mitioribus circumſpecte porrectis, quamprimum eliminanda eſt, ne nova quaſi materia nocens, novos cieat tumultus.

Puerperae, vehementer ſauciatis fere aequiparandae, in univerſum ad morbos inflammatorios valde proclives, ob magnam vaſorum excitationem in graviditate iam praeſentem, ob vehementem poſt foetum enatum, circulationis perturbationem, ob dolores inter parturitionem atroces, et corporis pulmonumque aëre nimio in illis retento, contentiones immodicas, ob affectiones animi varias violentas, cordis inflammatione frequenter corripiuntur, quae, ſola iam ſatis maligna, haud raro complicatur cum periculoſis peritonei inflammationibus. Metus ille inanis et aegrotarum ſaluti pernicioſus, puerperis ſanguinem detrahère haud fas eſſe, plane abiiciendus eſt, quum mens ſana, opinione praeiudicata non ſeducta minime intelligat, qua propter cordis inflammationes in puerperis acutae, vehementes, non eadem perſanentur ratione, qua apud caeteros felice ſaepius cum ſucceſſu contra illas uti ſolent omnes. Venaeſectiones itaque audaces, largae, celeres inſtituendae ſunt, caeteraque medicamina antiphlogiſtica in auxilium vocanda. Cl. *Kreyſig* [96]) illa omnia ſagaciter et prudenter expoſuit. — Carditis cum febre epidemica typhode complicata, haud ſecus ac pneumonia et

96) l. c. Bd. II. pag. 198—200.

encephalitis cum illa coniuncta, ab initio morbi ſanguinis detractionem (moderatiorem licet quam alias), et remedia antiphlogiſtica requirit. Diſſipata poſthac viſceris nobiliſſimi calamitate, medici eſt, ut medela apta prohibeat morbum, ne quam intendit virium nervoſarum abolitionem funeſtam adducat. — Complicatio carditidis cum morbis exanthematicis acutis, febrilibus, variolis, morbillis, ſcarlatina, antiphlogiſticam medendi rationem vehementer expoſcit, ne ignis perniciofus, medicamentis excitantibus alacrius incenſus, vitam prorſus conſumat.

Morbi cutanei chronici, pſora, herpetes, praeterea et ſyphilis male tractata, quae gignere ſolent inflammationes cordis tardas, lentas, nec fere conſpicuas, usquedum deſtructiones organicae multum iam profecerint, praeter remedia peculiaria, illorum cuivis opponenda, epiſpaſticorum fortiorum uſu optime debellantur. Commendaverim ideo unguentum tartari ſtibiati, ad eliciendam uberrimam in pectore puſtularum ſuppurantium ſegetem, veſicatoria ampla, corticem Mezerei et fonticulos in brachiis aperiendos, prae aliis ſetacea, quorum utilitatem eximiam ipſe obſervavi. Cl. *Dundas* [97]) ſaluberrima eadem declarat. Uſus Mercurii, balneorum tepidorum, Sulphuris, Antimonialium, diu-

97) Med.-chir. Abhandl. einer Geſellſch. zu London; überſ. von Oſan. Nr. I. S. 53.

reticorum, pforae inoculatae etc. haud negligendus, pro varia variorum morborum indole moderandus erit. Sin autem homines, morbis illis correpti, qualibet ex caufa inflammationem cordis acutam patiantur, antiphlogifticis primo uti debemus, quia periculum in mora. — Contra carditidem cum cachexia fcorbutica coniunctam, victum vegetabilem mitiorem, epifpaftica, hirudines cordis regioni impofitas, cathartica leniora acidula commendaverim.

Arthritis, cuius acceffus vaforum fyftema vehementer excitant, cordi varia comparat pericula. Arthritis nempe acuta, fingulos quoad acceffus in corporis fuperficie iudicari folita, frigore incaute admiffo, vini ciborumque intemperantia, violentis animi affectionibus aliisque multis facile fuppreffa, in corde irritato lubenter incendit phlogofin vehementem, alacrem. Altera ex parte in hominibus cachecticis, emaciatis, infirmis, arthritide vexatis, natura faepius debilior eft, quam quae fingulas arthritidis crifes, fingulis temporibus neceffarias, in peripheria corporis perficere valeat. Quo in cafu vifcera interna nobiliora ab arthritide atonica retenta affligi folent; prae aliis autem cor, et ob confuetam eiusdem irritationem, et quod praegreffis affectionibus repetitis labefactatum, locus minoris refiftentiae eft. Carditidis ita complicatae tractatio, rationem habere iubet conftitutionis, et vehementiae morbi. Ubi arthritide acu-

ta ſuppreſſa carditis exarſit, venaeſectionibus plerumque indigemus, caeterisque remediis antiphlogiſticis. Contra carditidem cum arthritide atonica retenta complicatam, ea plerumque medendi ratione utendum erit, quam contra aſthenicam cordis inflammationem laudavimus. Detractiones ſanguinis locales plurimis in caſibus neceſſariae ſunt. Simulac morbus refrenatus eſt, et profligatus a viſceribus ad vitam ſervandam neceſſariis, ſollicite cogitare oportet medicum, quo tandem modo arthritidem ad corporis peripheriam propellat, ut criſes ibidem ſubeat ſine partium internarum iniuria. Quem ad finem rubefacientia et veſicantia, balnea, fomentationes et cataplasmata calida, balſamis permiſta, aliaque multa ſaluberrima ſe praeſtant. Medicamina interna pro varia ratione ſymptomatum carditidis, virium et temporis morbi eligenda ſunt. Initio morbi, vigente inflammatione, remedia excitantia omnia cane peius et angue vitentur oportet. Sin poſt diſſipatam affectionem localem virium deiectio vera, magna, adeſt, ex uſu moſchi, camphorae, ſalis Cornu Cervi, liquoris Cornu Cervi ſuccinati, olei animalis Dippelii etc. auxilium petendum erit. Attamen prognoſin triſtem medicus cautus quisque tali in ſtatu ſemper pronuntiabit. Supereſt denique, ut periculum faciamus, num conſtitutionem aegrotorum, quos ſemel morti eripuimus, tantopere corrigere valeamus, ut arthritis in futuro ipſis par-

cat. Quomodo hoc ſit inſtituendum, fuſius hic exponere meum non eſt.

Poſtremo uno tantum verbo mentionem faciam conſilii incauti, et fere inepti, quod plures dederunt, ut nempe oborto pericardii hydrope incidatur pericardium, ad eliminandum liquorem in illius cavo accumulatum. Paracenthesis illa pericardii nullam omnino praeſtabit utilitatem; liquor enim in illius cavo effuſus, cuius evacuatio operationis propoſitum eſt, teſtatur de partium ſecernentium affectione morboſa. Quum vero vulnera pericardio incolumi illata periculoſiſſima habeantur, haud dubitandum eſt, quin pericardium iam antea afflictum, vulnerationem aegerrime laturum ſit, nec tanta e laticis eliminatione percipiatur utilitas, quantam pericardii laeſio afferet noxam. — Quo tandem modo miſeris illis ſuccurramus, qui e carditide neglecta vel perverſe tractata, vitia cordis organica adepti ſunt, pluribus oſtendere, hoc loco ad rem meam non pertinet. Haec fere habui quae de inflammatione cordis referrem. Ut finis imponatur libello, caſus quosdam, a memetipſo obſervatos, enarrabo.

I.

Virgo, annos viginti et unum nata, valida, robuſta, typhum petechialem epidemicum hieme $18\frac{13}{14}$ feliciter perpeſſa, paulo poſt paroxysmos quosdam epilepticos ſuſtinuit, qui ſine ullo remedio

medio evanuerunt, quum menſtruorum fluxus regularis, largus anno aegrotae vigeſimo proveniſſet. *Die* 14° *Februarii* 1817, poſt laborem multum contentum, candens et aeſtuans, incauta ſumſit potum frigidum multum, corpusque nudatum aëri perfluo frigidiſſimo petulanter expoſuit. Extemplo horrore corripiebatur vehemente, pediſequis calore et cephalaea atroce, artuum gravitate et languore, anxietate, vertigine, inquietudine. Eodem hoc et proximo die aegrota in cubile decumbere noluit, ſed ſumma cum contentione operibus vacare ſtuduit, vespere licet exardeſceret febris cum ſiti, calore, dolore capitis, anxietate, agrypnia, oppreſſione pectoris, tuſſi rara. Urina mittebatur parca, flammea, urens; alvus ab initio morbi clauſa; ciborum deſiderium nullum; ſomnus rarus, valde inquietus. *Die Februarii* 16°, morbi tertio, aegrota lectulum deferere non potuit; veſpere ad caetera ſymptomata primum acceſſerunt palpitatio cordis et dolores modo obſcuri, modo acuti pungentes in regione cordis. *Die Februarii* 18°, morbi quinto, quum aegrotantis conditio multo peior videretur, clinici ambulatorii auxilium ſollicitabatur. Praeceptoris pie colendi, Cl. *Krukenbergii* benevolentia, me primum ad aegram accedere permiſit. Miſera, in lecto proſtrata, capite demiſſo, manus interdum ſpaſmis contractas, ſaepius admovebat ad regionem cordis, ac ſi tollendo velles, anxietatem hor-

rendam et oppreſſionem diſſipare vellet. Facies erat ruberrima, tumida, oculi rubicundi, lacrymoſi, plerumque clauſi, cutis arida, ardens. Vexabant dolores capitis vehementes, praeſertim in fronte, vertigines continuae, lipothymiae, interdum deliria blanda, anxietas horrenda, inquietudines, iactitationes perpetuae, ſitis urens cum lingua rubra, arida, leviter obducta. Pulſus arteriarum frequenter intermittentes, ſaepius nonniſi in fovea axillari ſenſibiles, tenſi, frequentes, parvi, contracti (interiectis ictibus quibusdam maioribus), rationem iuſtam cum ictu cordis plane reſpuebant. Cor enim edebat ictus vehementiſſimos, frequentiſſimos, rarius irregulares. Inter proceſſum enſiformem et umbilicum percipiebatur pulſatio epigaſtrica fortior. Reſpiratio erat brevis, anxia, anhela, attamen nec tuſſi nec ſputorum eiectione turbata. Aegrota ſaepe ſuſpirans, et continuo eiulans, obſecrabat nos, voce interrupta, ut anxietatem circa cor horrendam quamprimum diſſiparemus. Situs in latere ſiniſtro nullo modo ſuſtinendus, in latere dextro longe moleſtior quam ſupinus; ciborum faſtidium; ſitis ardens; vomitus nullus; abdomen parum tenſum, et dolens haud aegre ferebat tactum, qui in ſcrobiculo cordis et ſub coſtis ſpuriis ſiniſtris acerbos provocabat dolores.

Sedes, hoc die (18° Februarii) poſt alvi obſtructionem quartanam pertinacem ſponte ſua

depoſitae, dolores in abdomine multum mitigaverant. Urina mingebatur parca, flammea, urens. Dolores circa cor alacres, modo pungentes, modo obtuſi, oppreſſio et anxietas horrenda, aegram crudeliter excruciabant ſimul cum doloribus lancinantibus atrociſſimis in humero, brachio pedeque ſiniſtro, quos aegrotae clamores et eiulationes (deliriis fere ſimiles) ſaepius accuſabant.

Quae omnia quum de praeſente inflammatione cordis acuta penitus mihi perſuaderent, prognoſi dubia pronuntiata ob neglectum paulisper ab initio morbum, eiusdemque vehementiam, alias licet conſtitutio aegrotantis valida, robuſta, meliorem dare permiſiſſet, lanceola venae medianae ſiniſtrae intruſa, ſanguinis uncias viginti emittebam. Quae venaeſectio largior, admirabilem profecto effectum praeſtitit. Deliria inter ſanguinis effluvium aufugerunt; aegra, mentis compos, gaudebat de anxietate et cephalaea atroce ſubito evaneſcente; pulſus regulares facti et molles plenique, vix centum per ſexageſimam horae partem edentes ictus, redierunt ad rationem iuſtam cum motu cordis, cuius palpitatio moleſta deſierat Reſpiratio libera facta eſt; dolores in regione cordis multum mitigabantur; dolores artuum ſympathici omnino evanuerunt; lipothymiae non redierunt; ſitis valde temperata eſt. Quas paulo poſt regioni cordis imponere iuſſeram hirudines magnas duodecim, circa col-

lum collocavit falſus quidam aegrotae pudor, ne iuvenis, illas applicaturus, ſinum attingeret virgineum. Pulveris e Magneſiae ſulphuricae ℥j, Kali nitrici depurati ʒij parati, cochlearia minora quatuor porrecta, et clyſter blandus ex infuſo florum chamomillae, eliciebant nocte proxima deiectiones alvi ſex, quarum depoſitio magnum afferebat auxilium, et ſomnum quietum per horas quasdam.

Die 19° *Februarii*, dolores in abdomine nulli; lingua pura, humida, calor et ſitis moderata, pulſus fere plane normales. Dolores in latere ſiniſtro, praeſertim in regione cordis ſuperſtites, hirudinibus duodecim ibi applicatis extemplo ceſſerunt.

Mercurii dulcis gr. iij per diem propinabantur cum potu multo aquoſo-mucilaginoſo.

Veſpere exacerbatio mitior apparuit cum ſiti et calore adauctis, pulſibus irritatis, tenſis, anxietate leniore; ſymptomata iſta leviora videbantur, quam quae venaeſectionem repetitam iubere poſſent. Sequebantur etiam exaſperationem iſtam criſes ſalutares, largae, per ſudores et urinas. Proximo die exacerbatio veſpertina mitior, criſibus ſolemnibus ſolvebatur inter ſomnum quietum, fauſtum.

Die 21° *Februarii*, febris fere nulla; cephalaea leviſſima, dolores in regione cordis nulli; reſpiratio prorſus libera; dolores artuum, palpitatio cordis et ſitis evanuerant; redibat ci-

borum desiderium. Vesicatorium ex emplastri cantharidum ʒiij regioni cordis imponebatur.

Die 23° *Februarii.* Dolores nonnulli in latere sinistro et abdomine mox dissipati sunt, quum doses quaedam pulveris e Magnesiae sulphuricae ℥j, Kali nitrici, Ammonii muriatici depurati āā ʒj sedes complures propulissent.

Febris funditus victa, diebus proximis non amplius exarsit, ita ut aegra brevi tempore revaleret.

Die 28° *Februarii* eam deserui omnino sanatam; nec minimas postea virgo sustinuit molestias.

II.

Puer octennis, non tam robustus quidem, at hilaris tamen et vigens, morbos fere omnes, aetati infantili proprios feliciter perpessus, *die* 15 *Novembris* cum fratre luctans, ab eo in brachio sinistro et pede dextro comprehensus, diuque tractus, denique humi prosternebatur, ita ut thorax vehementem pateretur contusionem. Paulo post variis molestiis vexatus, lectum tamen fugiebat (quem lubenter profecto petiisset), timens, ne patris severitas puniret temeritatem puerilem. At inde a die 17° Novembris, febris increscens, horrores, calor, sitis ardens, ciborum fastidium, nausea, cephalaea, inquietudo, anxietas magna, agrypnia, dolores acuti lancinantes in regione cordis, tussis sicca ob atro-

ces in thorace dolores valde molesta aegrotum, in cubile prostratum detinuerunt.

Quae quum in dies augescerent, parentes 21° *Novembris* clinici ambulatorii auxilium impetraverunt. Laesio externa in corpore nuspiam reperiri potuit. Tangebantur tunc pulsus fere duri, tensi, regulares, ictus centum et viginti edentes sexagesima quavis horae parte; motus cordis impetuosi, interdum tremuli; palpitatio cordis vehemens. Aderant cephalaea atrox, nausea, ciborum fastidium, sitis ardens, lingua pura, fere arida, rubra. Urgebant dolores acuti, lancinantes in regione cordis, saepius caeterum pectus percellentes, pressione thoracis augescentes; inquietudo, anxietas, oppressio, respiratio brevis, anxia, anhela, tussis acerba, dolorifica, fere impedita ob dolores atroces, tussiendo valde increscentes, ita ut oculi rubicundi lacrymas funderent. Abdomen ubivis a doloribus plane liberum; sedes intra triginta sex horas non depositae; urina parca, flammea, urens. Syncopae et dolores in artubus sympathici haud adfuerant. Symptomata relata perscrutati, pro carditide testam dedimus. Coniicere forsan licebat, pericardium inprimis inflammatum esse. Prognosis sane dubia dari debuit. Quum venarum exiguitas ipsarum sectionem prohiberet, hirudinibus magnis decem, regioni cordis impositis, sanguinem detrahendum curavimus. Pulveris e Natri sulphurici ℥j, Kali nitrici depurati ʒj, cochlea-

ria minora quaedam porrecta; clysma emolliens blandum iniectum.

Die 22° *Novembris*, anxietas, dolores in capite et regione cordis parum mitigati; cordis motus paene idem; pulſus arteriarum paulo tardiores, rarius irregulares; faeces nondum eiectae. Querebatur aeger de doloribus in humero ſiniſtro. Hirudines decem iterum thoraci imponebantur; clyſter iniectus.

Die 23° *Novembris*, febris valde mitigata; pulſus molles, pleni, regulares, vix centum in minuto ictus edentes; cephalalgia, ardor, ſitis fere nulla; dolores in regione cordis longe leniores; reſpiratio liberior; tuſſis frequens, minus moleſta extrahebat ſputa parca, mucoſa, paſſim ſtriis rubris notata. Experimentum Bichatii, quo diaphragma ſuperne tollitur contra pericardium, licet moleſtum adhuc eſſet, melius tamen ſuſtineri potuit quam morbi initio. Poſt copioſam alvi deiectionem, aegrotus nocte praegreſſa per horas quasdam ſomno quieto delicioſo fructus erat, poſt quem urina fere critica cum ſedimento nonnullo lateritio miſſa eſt. Hydrargyri muriatici mitis gr. j ter per diem propinabatur.

Die 24° *Novembris*, febris ſymptomata prorſus fere evanuerunt; cordis ictus tremuli adhuc et obſcuri; veſicatorium ex emplaſtri Cantharidum ℥ij regioni cordis impoſuimus.

Die 25° *Novembris*, aeger multo melius ſe habuit. Urinae criticae coniungebantur cum ſudoribus criticis largis, univerſalibus. Vexabat tuſſis cum ſputis pituitoſis. Ammonii muriatici ℥j, Sulphuris ſtibiati aurantiaci gr. vj, Succi Liquiritiae ℥ß praeſcribebantur, quorum partem tertiam ſingulis diebus refracta doſi ſumendam ſuaſimus, cum potulentis multis, mucilaginoſis, infuſo florum Sambuci etc.

Die 26° *Novembris*, febris nulla; cordis ictus diſtinctiores; alvus rite aperta. Tuſſis crebra, pertinax. Veſicans ampliſſimum pectori impoſitum eſt.

Die 29° *Novembris*, tuſſis rarior; dolores in pectore nulli; febris omnino evanuit. Sulphuris ſtibiati aurantiaci gr. iij, Camphorae gr. j, Extracti Senegae gr. Vj cum Sachari albi ℈j quovis die porrecta.

Die 2° *Decembris*, tuſſis evanuit; puer vires recuperavit. Quum nullum morbi ſignum uspiam appareret ſuperſtes, ſanatum declaravimus puerum.

III.

Puer, ſeptem annos et dimidium natus, validus, robuſtus, die 26° Februarii, quum e ſchola domum rediret, ab alio fortiore humi proſtratus, eo in loco vehementem percepit contuſionem, ubi coſtae ſpuriae ſiniſtrae, in marginem cartilagineum coëuntes, ad ſternum adſcen-

dunt. Vespere de doloribus illo in loco, aeque ac in toto latere sinistro conquestus est. Die proximo scholam quidem adiit; attamen mox redux, morosus, inquietus, anxius, tristis, horrore cum calore alternante vexatus, praeter omnem consuetudinem prandium spernebat. Nocte a die 27° ad 28um Februarii febris exarsit vehemens, acuta. Puer anxius, insomnis, siti ardente excruciatus, accusabat dolores atroces pungentes in thorace. Quum die 28° Februarij primus ad aegrotum accessissem, reperi eum anxium, inquietum, tristem, in cubile prostratum, languidum. Exploratio accuratissima, laesionem externam reperire non potuit. Cutis erat sicca, arida, ardens; facies modo rubra, modo pallida, oculi rubefacti, lacrymosi; manus saepius frigidae; pulsus arteriarum et cordis fere duri, tensi, contracti, regulares, 130 intra sexagesimam horae partem; lingua pura, fere sicca; sitis ardens; ciborum appetitio nulla. Nausea et vomitus non adfuerant; alvus tarda, e die hesterno clausa; urina mittebatur parca, flammea, urens. Puer querebatur de cephalaea vehemente, de doloribus acutis, lancinantibus, qui inde a scrobiculo cordis totam thoracem sinistram percutiebant, et ad humerum brachiumque sinistrum extendebantur. Abdomen, parum tensum, minime dolebat; pressura in scrobiculo cordis et septi transversi adlevatio valde molesta erat. Respiratio brevis, anxia et anhela, nec tussi nec sputorum

eiectione vexabatur; inſpiratio profunda augebat dolores in latere ſiniſtro. Palpitatio cordis interdum percipiebatur; ſyncopae et deliria non obſervabantur. In latere ſiniſtro aegrotus iacere non poterat; anxietas valde aucta cogebat ipſum, ut ſitum ſupinum quaereret. Symptomata iſta morbi, qui poſt violentiam vehementem, regioni cordis immiſſam, et animi affectionem ob cladem coram commilitonibus acceptam, ortus erat, me commovebant, ut pro inflammatione cordis teſtam darem. Prognoſi dubia pronuntiata, ſanguinis ℥x — xij e vena brachii ſiniſtri mittere, pulveris e Natri ſulphurici ℥j kali nitrici depurati ʒj parati aliquantulum quavis hora tertia porrigere, et clysmata frigida ex aqua et aceto iniicere iubebam. Venaeſectio remiſſionem quandam ſymptomatum afferebat; aſt ipſa operatio timorem puero iniecit. Veſpere apparuit febris exacerbatio cum aeſtu vehemente, facie ruberrima, deliriis. Clysmata, alvum hucusque pertinacius clauſam ſollicitantia, promovebant nocte ſequente ſedes tres copioſas, multa cum utilitate, ita ut aeger per horas quasdam ſomno quieto frueretur. — *Calendis Martii*, pulſus molles, regulares, 100; dolores in capite, humero et brachio omnino nulli, in regione cordis multum mitigati; calor et ſitis valde moderata; cutis calida, turgida, fere humida. Mercurii dulcis gr. j cum Sachari albi ſcrupulo quovis bihorio porrectum. *Die 3° Martii*, quum

ſymptomata omnia mitigata eſſent, et criſes per ſudores inciperent, Ammonii muriatici depurati ℥ij, Sulphuris ſtibiati aurantiaci gr. viij praeſcribebantur, ita ut quarta eorum pars ſingulis diebus ſumeretur. Aegrotus in dies meliuscule ſe habebat. — *Die* 6° *Martii* ex inopinato apparuit tuſſis pertinax, ſicca, quae gravius interdum vexans, dolores in ſiniſtra thoracis parte revocabat, ſomnum inquietum reddebat. Veſicatorium magnum thoraci impoſitum; Herbae Digitalis purpureae gr. j, Sulphuris ſtibiati aurantiaci gr. iij, Sachari albi ℈j quovis die refracta doſi porrecta. Paulo poſt criſes ſalutares per urinas et ſudores proveniebant, quae febrem omnem ſolvebant. Senſum quemdam moleſtum in ſcrobiculo cordis, et dolores ſub diaphragmatis adlevatione orientes, veſicantium repetitorum uſu feliciter profligavimus. Tuſſis paulatim evanuit. Infuſiones Radicum Valerianae, herbae Cardui benedicti, Centaurei minoris ad reficiendas vires ſumtae. — *Die* 22° *Martii* puer prorſus revaluerat, viresque integras recuperaverat. —

IV.

Puer, decem annos natus, robuſtus, validus, quum *die* 15° *Iunii* poſt curſum vehementem pedes in aquam frigidam demiſiſſet, veſpere de doloribus acutis, lancinantibus in parte thoracis ſiniſtra, praeſertim in regione cordis conqueſtus eſt. Accedebant tuſſis frequens brevis, ſicca, quae dolores in pectore valde exaſperabat,

cephalaea, fitis ardens, anxietas, inquietudo, agrypnia. Morbus in dies increfcens, commovit matrem, ut *die* 17° *Iunii* clinici ambulatorii auxilium quaereret. Amicorum quidam, ad aegrotum arceffitus, obfervabat refpirationem difficilem, brevem, abruptam. Infpiratio profunda fieri non poterat, quin anxietas et dolores augerentur. Accufabat aeger anxietatem et oppreffionem pectoris, palpitationem cordis moleftam, cephalalgiam, vertigines, dolores vagos in pedibus, in humero brachioque finiftro. Quietem nocturnum deliria vexaverant. Facies apparuit rubra, oculi rubicundi, lacrymofi; cutis ardens, ficca, lingua muco tenaci obducta; abdomen parum tenfum, haud dolens; alvus ab initio morbi obftructa; urina parca, urens. Pulfus arteriarum duri, fortes, 120; ictus cordis vehementes, rarius irregulares. Quae quum de vehemente inflammatione cordis, forfan et pulmonum perfuaderent, hirudines decem regioni cordis, fronti quatuor impofitae funt, Mercurii dulcis gr. j quovis bihorio porrectum. Remedia ifta, fymptomata mitigare quidem, morbi vero impetum violentum prorfus frangere minime valuerunt. Qua de re exacerbatio febris vefpertina paulo lenior fuit; at cordis motus tumultuofi, anxietas horrenda, dolores circa cor acerbi, refpiratio anhela, anxia, iactitationes perpetuae, fitus in latere finiftro neutiquam fustinendus, carditidem luculentius indicare videbantur. Die proximo (18° *Iunii*) equidem ad

aegrum accedens, morbi periculoſi violentiam venaeſectione compeſcendam eſſe cenſebam. Sanguinis unciae duodecim e vena brachii ſiniſtri miſſae, ſymptomata omnia multum diminuebant. Exacerbatio veſpertina, inter quam pulſus duri, frequentes erant, facies ruberrima, cutis arida, candens, anxietas magna, compulit me, ut hirudines duodecim in regione cordis collocare iuberem. Pulveris e Magneſiae ſulphuricae ℥j, Kali nitrici depurati ʒj cochlearia quaedam minora, et clyſteres ex aqua frigida et aceto parati, adhibebantur ad promovendas alvi deiectiones.

Die 19° *Iunii*, aeger melius ſe habuit. Dolores, antea acuti pungentes, nunc preſſorii et obſcuri, pulſus molles, regulares (licet celeriores adhuc et paulo frequentiores, quam ſecundum naturam eſſe debent), cordis motus non tam tumultuoſi, anxietas levior, ſitis et ardor mitior, reſpiratio paulo liberior perſuadebant, remedia adhibita ſpem noſtram non fefelliſſe, ſed morbum malignum ex parte ſaltem debellaviſſe. Veſpere tuſſis ſputa nonnulla ſanguine tincta eiecit. Poſt ſedes faeculentas depoſitas puer tranquillior factus eſt. Veſicatorium ampliſſimum thoraci imponebatur. Nocte inſequente ſomnus quietus per horas complures.

Die 20° *Iunii*, dolores in pectore fere nulli, reſpiratio libera; pulſus arteriarum et cordis naturales, tuſſis moderata; dolores artuum — mitigati licet — nondum evanuerunt. Medicaminum antea enumeratorum uſus continuabatur,

adiectis ad Kali nitricum et Magnefiam fulphuricam, granis quibusdam Tartari ftibiati ad promovendos fudores criticos. Diebus proximis (21° et 22° *Iunii*) crifes falutares per urinas et fudores apparuerunt. Tuffis rarior facta eft, refpiratio libera; febris fere evanuit. Dolores in pedibus paulatim disparuerunt.

Die 23° *Iunii*, veficans thoraci impofitum. Abiectis nunc medicamentis illis, porrigebantur Ammonii muriatici depurati ℥ij, Sulphuris ftibiati aurantiaci gr. viij, quorum pars quarta fingulis diebus fumebatur. Sic fenfim fenfimque puer revaluit, et tam celeriter vires recuperavit, ut die 27° Iunii prorfus fanatum ipfum declarare fas effet. —

V.

Vir quidam, quadraginta et novem annorum, infans e rhachitide fcoliofin nactus, alias fe bona plerumque valetudine gavifum effe iactitabat, nifi quod interdum, praefertim hyeme affectiones arthriticae hereditariae ipfum vexaverint, quas et mater multos per annos perpeffa fit. Dolores illi arthritici hemicraniae plerumque formam affumebant; faepius in fronte fibi vindicabant fedem, et noctu vehementer exafperati, aegrum infomnem, iactitationibus, interdum et deliriis vexabant. Qui quum initio menfis Februarii, iter faciendo vires exhauffiffet, corpusque calefactum frigori incaute expofuiffet, febre correptus eft, quam comitabantur inquietudi-

tudines, cephalalgia, insomnia, naūsea, sitis aucta, sapor amarus, alvi obstructio, oppressio quaedam pectoris, respiratio anxia, anhela, magis in situ erecto quam in supino Abdomen universum a doloribus plane erat liberum. Cibus vel potus ingestus provocabat oppressionem praecordiorum molestam, ac si ventriculus rumperetur, et ructus frequentes. Accedebant spasmi in suris et musculis, qui praesunt actioni digitorum, et dolores graves, constrictorii in faucibus. Aegrotus, respuens initio medicamina quaevis, sperans fore, ut sponte sua revalescat, tandem die 18° Februarii clinici ambulatorii auxilium sollicitabat, quum spes illa inanis ipsum plane fefellisset. Miseri status iam tristior erat. Pulsus contracti, tensi, regulares, 90; motus cordis debiles, paulo latius extensi percipiebantur. Alvus pertinacius obstructa erat e diebus nonnullis; urina parca, rubra, cum sedimento nonnullo flocculento mittebatur, licet mingendi conamina irrita saepius urgerent. Tota aegrotantis facies tumida, inprimis labia et lingua atro-purpurea conspiciebantur. Palpebrae, praecipue dextra superior, oedemate tumefactae erant. Sitis vehementior aderat. Syncopae et palpitatio cordis non observabantur. Signa morbi modo enarrata, diagnosin omnino certam non permittebant. Cogitandum prae aliis videbatur de arthritide atonica, ad partes in thorace contentas conversa. Prognosis tristior pronuntiari debuit. *Die 18° Februarii* pulveris e Natri sulphurici ℥j,

Ammonii muriatici depurati ʒij, cochlearia minora nonnulla porrigebantur; veſicatorium amplum thoraci impoſitum.

Die 20° *Febr.*, ſapor in ore amarus, nauſea, cephalaea vehemens. Emeticum e Tartari ſtibiati gr. j, Pulveris Radicis Ipecacuanhae ℈j propinatum.

Die 21° *Febr.* Vomitus ter repetitus, nullum fere attulerat auxilium aegroto, qui dolore capitis atroce vexatus, ſomnum inter et vigilium verſari videbatur. Pulſus frequentiores et debiliores tangebantur; reſpiratio brevis, anhela erat. Mercurii dulcis gr. j quovis bihorio ſumtum; veſicatorium latum pectori impoſitum; clysma aperiens iniectum, ad promovendas tandem ſedes. Tincturae Abſinthii cochlear minus ter per diem propinatum, quum aegrotantem potulentis ſpirituoſis alias adſueviſſe compertum eſſet.

Die 22° *Febr.*, anxietas circa cor horrenda, cephalalgia violenta, reſpiratio difficilis, intercepta, alvus continuo pertinaciter obſtructa; pulſus contracti, ſuppreſſi; interdum ſtatus quidam fere ſyncopalis. Aeger de ſalute deſperabat. Quae quum moverent ſuſpicionem, de accedente affectione cordis inflammatoria, ſine magna ſpe eventus felicis periculum faciendum videbatur, annon modica ſanguinis miſſione aeger ſervari poſſet. Quum e vena brachii ſiniſtri ſanguinis ℥vj emiſſae eſſent, pulſus liberiores et pleniores percipiebantur. Apparuit vero lipothymia, quae interrupto ſanguinis effluvio venam

claudere iussit. Paulo post aegrotus ex inopinato exspiravit.

Dissecto postridie cadavere, in cavo thoracis sinistro reperiebantur liquoris serosi, limpidi ℥xij; in pericardio distento laticis serosi, flavido-viridis ℥x, in superficie cordis externa lympha plastica largior; cordis substantia mollis, flaccida; pulmones sani. In hepate inflammationis pristinae vestigia conspiciebantur; lobi nempe sinistri substantia inspissata, adhaesiones multae abnormes ad diaphragma; tunicae in vesica fellea incrassatae, fere cartilagineae. Caetera viscera abdominalia integerrima. In capite morbosi nihil inventum est. — Pars quaedam intestinorum tenuium, in herniam inguinalem dextram protrusa, in ipso annulo inguinali circumcirca tam arcte accreta erat, ut digitus ex abdomine nullo modo in saccum herniae penetrare posset.

VI.

Vir quidam triginta et septem annorum, paulo post pugnam apud Lipsiam pugnatam, quum contentiones corporis vehementes edidisset, et iniurias graviores a hostibus perpessus esset, in febrem incidit acutam. Miser, ob paupertatem medicorum auxilio plane destitutus, post quatuor demum menses tristes mortem quidem effugit, valetudinem vero integram postea nunquam recuperavit. Omnis contentio corporis vel animi affectio, augebat anxietatem, oppressionem pectoris, palpitationem cordis, respirationem difficilem, anhelam, quae leviore in

gradu continuo vexabant. Tempore verno anni 1814, tantum revaluit, ut operibus levioribus vacare poſſet. Autumno eiusdem anni, hepatis — uti videbatur — affectione corripiebatur, quae poſt viginti circiter dies evanuit. Vere 1815 et hieme $18\frac{15}{16}$ contra affectionem pectoris valde exaſperatam, aeger Cl. *Krukenbergii* auxilio, feliciter uſus eſt, et at menſem Maium anni 1816 usque, ſatis bene ſe habuit. Quo tempore quum denuo aegrotaret, equidem primo ipſum obſervavi. Querebatur tunc aeger de anxietate, reſpiratione difficili, anhela, de tuſſi rariore ſine ſputis, de oppreſſione pectoris, de palpitatione cordis vehemente, de cephalaea atroce, de vertigine. In latere ſiniſtro decumbere omnino non potuit, quin ſtatim anxietas magna et metus ſuffocationis eum excitarent. Vexabant interdum dolores in regione hepatis. Pulſus cordis violenti, latius extenſi, ſtriduli, tremuli percipiebantur. Pulſus arteriarum erant frequentes, fere duri, tenſi, plerumque regulares, raro intermittentes; pulſatio epigaſtrica fortis aderat. Urgebant ſaepius dolores vagi in artubus, praeſertim in humero et brachio ſiniſtro. Alvus obſtructa eſſe ſolebat. Somnus plerumque inquietus, ſomniis et inquietudine vexabatur. Experimentum Bichatii, quo diaphragma e ſcrobiculo cordis ſuperne premitur, augebat anxietatem et oppreſſionem pectoris. Lipothymiae nunquam obſervatae erant. Oedema circa malleolos modo apparuit, modo evanuit.

Cl. *Krukenberg*, iam dudum miseri statum perscrutatus, eum cordis morbo laborare declarabat, et dilatationem cordis dextri cum incrassatione substantiae suspicabatur. Quam sagax haec diagnosis fuerit, cadaveris dissectio postea ostendet. Hepatis affectio pro sympathica habenda videbatur. Quum de oborta cordis degeneratione in ambiguo haerere non possemus, sanatio perfecta nec speranda, nec promittenda erat, sed illud tantummodo efficiendum, ut roborata totius organismi energia, affectionem unius partis localem compensaret et hac ratione perniciem universalem diutius arceret. Usus Mercurii dulcis, Sulphuris stibiati aurantiaci, herbae Digitalis purpureae, Mixturae sulphurico-acidae, infusionum et decoctorum e lichene Islandico, Radicibus Helenii, Polygalae amarae, Valerianae, Glycyrrhizae, Seminibus Phellandrii aquatici, herba Tussilaginis farfarae, Cardui benedicti, Millefolii, hunc ad finem instituebatur. Prae aliis vero omnibus, fonticulus in thorace apertus, praeclarum praestitit auxilium, ita ut post mensem fere praeterlapsum, aegrotus longe melius se haberet, respiratio et loquela multo liberior esset. Quae Iunii finem versus redibant affectiones in abdomine spasticae, facile cesserunt Cicutae, Aquae lauro-cerasi, Mercurio dulci, Valerianae, Belladonnae. Setaceum Calendis Sextilibus regioni cordis immissum, summum afferebat auxilium, ita ut ipse aegrotus, hucusque fere semper tristis et de salute despe-

rans, die 15° Septembris se perfecte sanatum esse opinatus, Ill. *Krukenbergio* ob salutem — uti videbatur — feliciter recuperatam gratias ageret quam maximas. Inde ab illo die per tempus quoddam bene se habuit. *Die* 25° *Octobris*, quum ambularet, tempestatem appropinquantem cursu rapidiore effugere studuit. Illa autem velocior, miserum languidum, pluviâ madefactum, flamine violento vexavit. Contentio corporis pulmonumque nimia in cursu accelerato, et corporis aestuantis refrigeratio importuna, statim tantos in hepate dolores, tantam pectoris oppressionem, tantam anxietatem, anhelationem, palpitationem cordis provocaverunt, ut miser languens ne unum quidem passum perficere posset, nec nisi amicorum subsidio domicilium attingeret. Primis diebus, quamdiu forsan morbus malignus pro aliquanto temporis refrenari potuisset, aegrotus medicorum auxilium neglexit, sperans fore ut sponte sua revalescat. Quum tandem spes inanis ipsum fefellisset, Calendis Novembribus nos quidem ad illum accersebamur. De salute iam prorsus desperandum erat, quum inter alia multa symptomata turbulenta, quae de affectione cordis hepatisque aeque vehemente argumenta edebant, effusiones hydropicae non solum in artubus, sed etiam in omnibus corporis cavitatibus adessent. In facie et thorace ad hepatis regionem usque, maculae latae longaeque flavae conspiciebantur; cutis caetera pallida erat. Quum maculae istae magnum

tenerent ſpatium, primo aſpectu dubium fere fuit, num color flaveſcens naturalis eſſet, an pallidus. In oculis caeteriſque corporis partibus icterici nihil apparuit. Haec res de hepatis affectione certiores nos fecit. Medicamina varia idonea, eaque alias ſaluberrima, nullum omnino praeſtiterunt auxilium. *Die* 6° *Novembris* aeger ſupinus decumbens, ſubito mortuus eſt, poſtquam diebus ultimis hydrops ubivis valde increverat. Poſtridie cadaveris diſſectio inſtituta eſt.

Ex abdomine livido, valde diſtento emittebantur laticis flavido-viridis, turbidi, foetidi, fere ſpiſſioris librae viginti quatuor. Integumenta externa adipem multum oſtendebant. Viſcera in abdomine contenta, hepate excepto, ſana atque integra reperiebantur. Hepatis lobus dexter, pro totius viſceris ratione nimius erat. Tunica ſeroſa, hepatis ſuperficiem inveſtiens, alias tenuis atque pellucida, paſſim alba atque opaca apparuit, chartae ſcriptoriae craſſitudinem exaequans. Subſtantia iecinoris nodulis innumeris duris referta erat. Quae omnia de praegreſſa inflammatione ſatis certa ſuppeditarunt argumenta. Cavum thoracis continebat liquorem permultum, limpidiorem. Membrana pulmonum ſeroſa, aeque ac in hepate, incraſſata, albicans, praeſertim in pulmone ſiniſtro adhaeſionibus membranaceis multis ad pleuram coſtalem annectebatur. Subſtantia pulmonum ubivis ſana erat. Pericardium dilatatum cum corde nusquam concretum, ſolita aquae pericardii quantitate ir-

rigatum, velabat cor permagnum, vehementer deſtructum. Cor totum duplo maius erat et quod excurrit, quam alias eſſe ſolet. Ventriculus dexter et atrium ſiniſtrum inprimis dilatata apparuerunt. Ventriculus ſiniſter haud parum corruptus erat. Structura fibroſa paene evanuerat; tota ſubſtantia incraſſata mollis et flaccida, digitis facillime dilacerari potuit Faciem utriusque ventriculi internam, obtegebat membrana craſſa quam lympha plaſtica exſudata efformaverat. Loco valvularum mitralium in oſtio venoſo ventriculi ſiniſtri, inveniebantur concrementa tria, oſſea, deformia, quae piſi maioris volumen exaequabant. Reliquae valvulae omnes ad varias vaſorum e corde origines, integrae inveniebantur. Facies aortae interna maculis albis paſſim notata erat. Foramen ovale et ductum arterioſum Botalli clauſum reperimus. In capite nihil notatu dignum apparuit.

Praeter obſervationes iſtas, modo enarratas, complures ſimiles in promtu ſunt, quas ſilentio praetereundas eſſe cenſebam. In caſibus nonnullis, ubi carditis acuta ab initio diutius neglecta fuerat, poſt morbi diem decimum quartum iam praeterlapſum, venaeſectiones, caeteraque medicamina antiphlogiſtica moderate adhibita, excellentiſſimam praeſtiterunt utilitatem.

Contra morbos cordis chronicos, qui plerumque ex inflammatione chronica lenta originem trahere videntur, uſus ſetaceorum, in cordis regione thoraci impoſitorum, ſaepius ſaluberrimus fuit.